poniꝰ istas pductiones distingui p hoc q̄ vna pductio est ab vna per-sona alia a duabus psonis. ¶ Cōtra hoc: qꝛ si idē sit pn^m formale producendi aliqd ppter esse eius in hoc suppo-sito vel in illo, nō erit pn^m alterius rōnis: qꝛ albedo in la-pide ⁊ in equo est principiū imutationis visus eiusdē rō-nis: ita etiā si eadez albedo esset in duobus/vt in vno eēt pn^m imutationis vnius rōnis: iste aūt pductiones ita di-stinguunꝰ, q̄ nō sunt eiusdē rōnis. g̃ opꝫ istius distinctio-nis assignare aliam rōnem q̃ vnitatē vel dualitatē sup-positoꝝ agentiū. ¶ Itez fm istā viā pōt poni infinite p-sone in diuinis. posset enim poni 4^a psona a tribus: ⁊ 5^a a q̃tuor psonis: nec eēt aliq̃ rō trinitatis in personis diui-nis, si tm̄ eēt distinctio per vnitatē suppositi agētis ⁊ plu-ralitatē: ⁊ nō eēt distinctio per rōnes pducendi. ¶ Itez ois distinctio reduciꝰ ad aliq̃ p̊ diuersa, que essent distin-cta si per impossibile eēnt ab oībus alijs separata. g̃ ista distinctio est per aliq̃ talia, que essent distincta oib^9 alijs per ipose p̄ermissis: que ēt seipsis sūt p̊ diuersa: talia nō sunt vnitas vel pluralitas suppositorum agentium, si nō sit aliqua alia distinctio in principijs agendi. g̃ ⁊c. circun-scripto enim omni alio ab vnitate vel dualitate supposi-torum nō videtur, q̄ ista vnitas vel pluralitas sit prima ratio distinguendi productiones.

Goffre. q̃l. 3 q. 3. ⁊ quoli. 7. q. 4. ⁊ q̃l. 3. q. 4

Aliter

poniꝰ istas pductiōes distingui: qꝛ vna est cū alia, ⁊ cū opposito eius: ita q̄ rō distinctiōis relationū disparataꝝ est distinctio oppositaruꝫ relonū: quatenus. s. vna relo dispata secū cōpatiꝰ duas alias re-lationes oppositas: sicut vis spiratiua stat cū gnōne acti-ua ⁊ passiua: ⁊ ideo distinguiꝰ ab vtraqꝫ illaꝝ. ¶ Cōtra istud pōt sic argui sicut cōtra opionē p̄cedentē: nō enim assignat ista positio, q̃re non pōt esse infinite persone: qꝛ semp posterior relo posset stare cū oppositis relonibus prioribus. ¶ P. Nō esset p̊mo diuersitas iter hāc pdu-ctionē ⁊ illā, nisi p h̄ q̄ ista pductio eēt cū vna ⁊ sua op-posita: ⁊ alia nō stat cū sua oppo^ta: ⁊ ita ista nō eēt p̊^a rō dist. qꝛ p̊^a rō dist. ē aliq̃ rō p̊ distinctoꝝ. ¶ Cōtra istā viā ⁊ aliā p̄cedentē sil' arguo sic. q̃ro q̃re spiratio actiua pōt stare cū gnōne actiua ⁊ cum gnōne passiua: ⁊ gñatio acti-ua nō pōt stare cū gnōne passiua: nulla est rō nisi pp di-stinctionē spirationis actiue a gnōne actiua: iō eniꝫ aliqd est cōpossibile vel incōpossibile alicui: qꝛ ipm est tale in se: ⁊ nō eꝯ: qꝛ veritas negatiue firmaꝰ ⁊ fundaꝰ sup veri-tatē affirmatiue: iō enim hō non est asinus: qꝛ hō est hō. 2° p̄batur in fi. ⁊. 4. meta^ce. prius igiꝰ est aliq̃ distinctio ge-nerationis actiue ⁊ spirationis actiue, pp quā est icōpos-sibilis gñationi passiue gñatio actiua, ⁊ non spiratio acti-ua, q̃ sit ista cōpossibilitas vel incōpossibilitas. g̃ ista cō-possibilitas ⁊ non cōpossibilitas non est p̊^a rō distinctio-nis pductionū. ¶ P. Iste pductiones distinguunꝰ: qꝛ altera est per modū nāe altera per modū volūtatis: hec aūt distinctio pductionū non tm̄ est a^l suppositis pducē-tibus: nec qꝛ vna stat cū aliq̃ ⁊ altera non stat cū illa: sꝫ sumiꝰ ex distinctione pncipioꝝ pductiuoꝝ qui hñt op-positos modos pncipiandi. g̃ ⁊c. ¶ Rñdet sic opinans q̄ pductio ibi est vna per modū nāe: ⁊ altera per modū voluntatis: non qꝛ vna psona pducaꝰ nāliter, ⁊ alia non: sꝫ qꝛ pductio vna est similis pductioni nāli: ⁊ alia est si-milis pductioni volūtarie: nāle enim agens pducit non presupponēs aliam pductionē: ⁊ hoc in cōi loquendo: lꝫ per accñs vnū nāle agens p̄supponat aliqd pducēs p̄us ipso: ita enim pductio filij est per modū nāe: qꝛ nō pre-supponit aliā pductionē: pductio voluntatis p̄supponit aliam pductionē: illaz, vꝫ que est per modū nāe ⁊ intel-lectus: ⁊ ita pductio sp̄ussc̄i est per moduꝫ voluntatis: qꝛ s. s. pduciꝰ sic mō illi pductiōi, que pprie dī esse pdu-ctio voluntatis. s. p̄supponendo aliā pductionē. ¶ Ista expō nō vꝫ fm intētionē sanctoꝝ attribuentiū istas pdu-ctiōes ppe itellui ⁊ volūtati: qꝛ si tm̄ debeāt itelligi disti-gui per hoc q̄ vna p̄supponat aliam productionē, ⁊ alia pductio nullā p̄supponit: nō videꝰ rō ex pductionib^9: q̃re filius sit magis filius vel verbū ex vi pductiōis sue q̃. s. s. nec q̄. s. s. ex vi pductiōis sue magis sit amor q̃ fi-lius: qd̄ videꝰ absurdū. ¶ Itē multe alie pductiōes pñt esse vel presupponētes vel non p̄supponētes aliquaꝫ p-ductionē: sicut pductio per modū artis videꝰ aliā pdu-ctionē presupponere. s. pductionē verbi interioris in mē-te artificis. g̃. s. s. posset dici pduci per moduꝫ artis: quod est falsuꝫ. Et p̄ter hec sicut est argutū dist. 2. ⁊. 10. ex quo in deo pprie est intells ⁊ voluntas: ⁊ vtrūqꝫ est sufficiēs productiuū cum obiecto sibi pñte, vere pduceꝰ persona per actū intellectus, vt pncipij pductiui: ⁊ alia psona per actum volūtatis, vt pncipij pductiui: ⁊ non tm̄ metapho-rice propter talem similitudinem extraneam. s. produci alia presupposita, vel non presupposita.

Cōtra eētia stat cū oppo-sitis. igiꝰ distin-guiꝰ ab vtra-qꝫ. Rñ^o eēn-tia nō oppo-niꝰ alicui a q̊ gñaꝰ ⁊ geni-tus distingui-tur realr: spi-ratio sic oppo-nitur.

Z. c. 16.

B

Aliter

diciꝰ q̄ iste emanationes distinguunꝰ p relo-nes oppositas. s. prioris ⁊ posterioris: qꝛ vna est prior alia. ¶ Contra: ista distinctio non est p̊^a. opꝫ eni dare aliquā aliam cām, quare vna est nāliter prior alia: nec est alia ratio nisi vel qꝛ ista est productio talis, ⁊ illa talis: vel ex parte principioꝝ productiuoꝝ, vel ex parte

Tho. 1. parte sū. q. 27. art. 4. in solu. ar. primi. Quere alibi ⁊ alios.

m

suppositorum agentium. ¶ P. Relo nõ distinguit pmo et per se a relatione per relonẽ: q relo non refert pmo. g cu istẽ emanationes sint relones, nõ distinguunt primo ab inuicem per alias relones. s. per relones poris et posterioris: et pz q iste relones sũt alie a relonib⁹ originis: qa sũt iter alia extrema: nã relo originis est iter pducẽs et pductũ: relo poris et posterioris est iter originẽ et originẽ.

C

Vide in sũ. ar. 38. q. 2. Aliter dicit q emanationes distinguunt penes pn⁹ formalia elicitiua, que ponunt eẽ relones psonaz agentiũ puta vis gñatiua et spiratiua. Sed istõ est improbatũ dist. 7. siue intelligat de pn⁹ elicitiuo, siue de pn⁹ determinatiuo. Et ppter h quõ distinguunt ille relones: vt per eas distinguerent relones opposite. Ille enim vir minus distincte q̃ opposite: q ille psit cõcurrere in eadẽ persona, puta in patre, iste non psit: q nulla eadem psona duobus modis pducit: manifestius est igit istas emanationes distingui q̃ relones oppositas ex parte pductiui. igit assignare istarum distinctionem per illas est assignare distinctionẽ magis manifestaz per distinctionẽ minus manifestam, et etiã non per intrinseca: q relatiua nõ sunt itrinseca suis correlatiuis.

Vide quoll. 5. a. 9. Aliter ponit q distinguunt penes pn⁹ distincta sm rõnem: puta penes nãm et voluntatẽ, que hñt principiare distinctas emanationes: et tñ ipsa in essentia nõ distinguunt nisi sola rõne: sicut pbat in qõne d attributis. dist. 8.

a. 4. ¶ Contra istud. distinctio realis nõ pexigit necessario distinctionẽ rõnis: sed distinctio istaz emanationũ necio preexigit distinctionem pncipioz elicitiuoz. igit illa si est realis nõ est tñ per illaz, que est rõnis tñ. Maior istius rõnis ab aliqbus negat et ponit istãtia de ideis: que differũt tñ rõne: et creature realr differũt: et tñ distinctio creaturaz realis necio psupponit distinctionẽ ideaz rõnis. ¶ Contra istud arguit: et p pbat maior. z⁹ excludet ista instãtia. Maior pbat sm istum intellectũ

D

q dña rõnis in cã nõ est ppria rõ distinctionis realis in effectu. Quia si sic sit. a. causa: et diuerse rõnes sub qbus causat, sint. b. c. cãta sint. d. e. tũc sic. si. b. c. sunt rõnes ppe ipsius. a. inquantũ cãt. d. e. g. a. inquãtũ est sub. b. est propria cã ipsius. d. nam si nõ: nõ est magis illa dña rõ cãndi distincta, q̃ si ipsa dña non inesset: q neutra rõ est ppria appropians cãm ad hũc effectũ: qui igit cõcedit q a. inquantũ est sub. b. et c. cãt. d. et e. hz cõcedere, q vtraqz rõ sit ppria rõ cãe respectu sui effectus: sed illud pñs est falsum: q. a. inquãtũ est sub. b. est cã ipsius. d. q. a. inq̃tũ est sub. b. qd est tñ ens rõnis: tñ hz esse in itellu: q ens

B. i. in. z. c. 8. rõnis non causat ab obto, nisi inquantũ cognitũ: et vt sic nõ hz esse nisi in itellu, qd est ens diminutũ. ex. 6. meta^{ce}. nihil aũt sm q ens diminutũ est: est ppria rõ entis veri: et ppria cã entis perfecti. Et istud probat: q oẽ cãns verũ ens opz q hẽat aliqd esse extitie inquãtũ est cã: ens aũt diminutũ: qd. s. est ens cognitũ nõ hz esse realis extitie. g nec inquantũ tale põt esse cã ppria alicuius realis entis. ¶ Et si dicas q lz non hẽat esse extitie sui: tñ hz esse existentie intells, in quo est: q esse itells participat, inquãtũ hz esse in ipso intellu. ¶ Cõtra. ex hoc seqt q nulla causatio cõpetit enti cognito inquantũ tale: nisi vtute existie actualis ipsius intells, in quo hz esse extitie actualis sm qd: et tunc vltra voluntas non erit pn^m spirandi, nisi inquãtũ pticipat rõnem intells: et tunc intellectus diuinus erit magis rõ spirandi q̃ voluntas: et ita sequit vltra q intellect⁹ respectu gnõnis verbi erit duplex pn^m. s. imediatũ inquãtũ est pn^m pductiuũ, et mediatũ inquantũ ipm est

s. obiectũ sm aliquos ib. pn^m opatiuũ. per cuius opationẽ ipm hz esse, inquantum pductiuũ: sicut cognitũ inquantũ cognitũ hz esse pticipatum ipsius cognoscentis. Et si nõ attribuas talẽ actionez realẽ ipsi intellectui extiti: sed obto hñti esse diminutũ in intellu: sequit q actio realis erit ipsius: qd nihil mir⁹ est tale si illud nõ esset oĩno. nã nõ repugnat alicui, q sit ens cognitũ: lz nullum verũ esse reale habeat. ¶ Si dicat h q intells diuinus nihil cognoscat nisi intuitiue: et ita illud qd hz esse cognitũ in h intellu inquãtũ tale: hz vere esse existie: nõ autẽ illud qd hz esse cognitũ intellectiõe et cognitiõe abstractiua, q̃lis est intellectio mea de rosa nõ existente mõ: que nõ est intuitiua. ¶ Cõtra. illa rõ que ponitur ppria pn⁹. s. deo inquantũ pncipiat ponit causari per actũ intells in obto cognito: intells aũt diuinus nihil cãt in essentia diuina, vt extis est: sicut ɔcedũt illi de opi. opposita: q nulla est ibi dña rõnum in essentia: vt est extis: sz tñ vt cognita est: et per se pz: q qcqd est in essentia, vt extis est: eẽt in ea si p impole non esset intells negocians circa ipsam. ¶ P. z. essentia diuina vt in filio et s. s. hẽt

E

nãliter prioritatẽ aliquã ad intellectionẽ simplicẽ istius essentie: sicut eni ipsa (vt est in patre) nata est mouere intellectũ pñs ad simplicẽ sui intellectionẽ: ita etiã (vt in filio) nata est mouere quẽcũqz itellm ad sui intellectionez simplicem: q sm Aug. 15. de tri. oĩa videt pr in filio, sicut in semetipso: sed si essentia (vt in filio) talem hz pritatẽ Ca. 17. z. 18.

circa talẽ intellectionẽ simplicẽ sui. igit ipsa (vt in filio) nãliter precedit oẽm rõnem: quã põt intells negocians fabricare circa ipsaz. igit nulla rõ fabricabilis circa eã nãliter pcedit eã (vt in filio) aliogn esset circulus in prioritate nãli: q et rõ causata p intellm nãlr pcederet eẽ eius in filio: et ecõuerso. ¶ Si aũt dicas q essentia in pñe pcedit nãliter oẽm rõnez pducibilẽ circa ipsaz: sed (vt in filio) seqtur rõnẽ iam pductã per actũ intells pñis: et tunc non est circulus eiusdẽ ad idez sm eadẽ extrema: sive sz existentiam in eodẽ: q essentia sm extitiam in vno supposito pcedit: et in alio seqt. ¶ P. 3⁹ pncipalr arguit et ɔ istã

Hic videlz doct. magni spatiũ vacuũ in originali. F

rñsionẽ sic. p. Unius cãe in vno ordie cãndi est vna p se rõ cãndi. g multo magis in diuinis, vbi est pmitas pncipiandi, opz ponere vnã rõnẽ per se pncipiandi. g rõ pncipiandi gnõnem verbi erit aliq vna realis rõ per se: res autẽ et rõ non faciunt vnuz per se: q nec passio aliq ɔñs rem ex nã rei põt facere vnũ per se cũ subto, cui⁹ est esse ptus. g nec multo magis rõ: q nõ seqtur rẽ ex nã rei: sed tñ ɔsequit eã per actũ intells. g alterum istoz erit pcise pn^m quo ipsi pri pducendi: non rõ sola: q ipsa nõ est formalr infinita. pbatio: q nulla relo realis est formalr pfectio infinita: pbatio: q tunc psona aliq in diuinis nõ hẽt oẽm pfectionez infinitã formalr. g nec multo magis ens rõnis põt esse formalr infinitũ: et per ɔñs nec est pn^m pducendi quo, suppositũ infinitũ. g sola res cui attribuit illa rõ est pn^m pducendi suppositũ infinitũ: sed in q̃cũqz est pn^m quo, respectu alicuius pductiõis, ei est pn^m pducẽdi: si illud suppositũ ɔueniat tali pductioni: cõueniens aũt suppositũ in diuinis ad pducendũ talem psonã in diuinis est, q nõ hẽat talẽ nãm pductione ista: nec aliq pductione priore ista: talis aũt est pr. g sola res erit sibi pn^m quo pducit: et nullo mõ rõ ista. ¶ P. 4. in diuinis quod nõ est forialr idẽ alicui, nõ est vere idẽ sibi, nisi vl vtrũqz sit formalr infinitũ vel alterz: vel saltez vtrumqz sit vere idez alicui formalr infinito: sed iste rõnes q ponunt q̃si appropriãtes pn^m pductiuũ duaz psonaz nõ sũt forialr eedẽ: q tũc nõ eẽnt distincte rõnes: nec sũt vere eedẽ alicui forialr ifinito: q tũc eẽnt in isto ifinito ex nã rei. sic sapia est in diuinitate dei forialr ex nã rei: nec altera istaz est formalr ifinita: sic pbatũ ẽ in pcedẽti rõne. g nulla istaz est vere eadẽ alteri aliq mõ. g eo mõ quo ambo sunt ibi: ita sunt vere distincte qd vĩ obuiare summe simplicitati q̃liter cũqz pon aũt entitas earz: q nihil põt poni ibi esse sz

a. l. pncipii.

quãcunqz

quālcūq3 entitatē:qḋ ſit nō ſimplr idē alteri: ppter ſimplicitatē illius eēntie. ¶ Jllā inſtantiā excludo: ꝓ ga videt̃ eſſe ad oppoſitū:ſi eni diſtinctio creaturaꝝ neċio ꝓſupponeret diſtinctionē ideaꝝ:ac ꝑ h̄ dc⁹ ſub rōne vni⁹ idee eēt cā ꝛ ꝓpa rō reſpectu vnius ideati:h̄ iō eēt:q2 eē diminutū dei.ſ.eē cognitū eēt ſimplr ꝑfectius,ꝛ ꝓus nāliter eſſe ꝑfecto ideati:q2 ideata ſunt reſpcū dei artificialia:ꝛ eſſe cognitū artificis vel exēplaris,in quo artificiatū h3 eſſe,eſt ſimplr ꝓus ipſo eē exiſtētie ipſius ideati: ſed
G illa rō oīno deficit in ꝑſonis diuinis:q2 eſſe cognitū eſſentie nō pōt eſſe ꝓus nālr ꝑfecto eē eſſentie in ſe:ꝛ iō l3 illa ꝓma maior falſa eēt.ad cui⁹ ꝓbōnē apposite ſunt q̄tuor rōnes in agēte artificiali:nō tn̄ eēt falſa in ꝓductiōe nāli:vbi eēt cōicatio eiuſdē nāe,ſicut eſt in ꝓpoſito:q2 ibi nō videt̃ ꝙ aliquod eſſe cognitū poſſet nāliter precedere naturale eſſe ipſius nāe. ¶ ꝓ. Jnſtantia illa ſumit falſum de ideis:q2 illa diſtinctio rōnis in deo non neċio preſupponitur ipſis ideatis diſtinctis:nec deus ſub rōnibus idearum eſt ꝓpria cauſa diuerſoꝝ ideatorum.ſicut patebit inferius di.35.de ideis:ꝛ.45.de volūtate.

Add li.1.di. 6.q.1.arti.2. ſequitur hanc viam.quere Alicam de alex.

Alia eſt opi. ad q̄ōnem que ponit ꝙ eſſentia ſub rōne vna oīno īdiſtincta eſt ꝓncipiū iſtaꝝ ꝓductionū:q2 ſicut duo limitata pnt̄ eſſe pn⁹ duorū actuū:ita idē illimitatū ꝯtinens in ſe v̓tualr ipſa plura pōt eſſe ꝓn^m ꝓpriū eorūdē actuū:ēt ſub rōne vna,nulla exiſtēte diſtinctione in eo:ſ3 ex ſola illimitatione ſuiipſius: vt indiſtinctū eſt.ſic p3 de ſole reſpectu mltoꝝ gn̄abiliū in iſtis īferioribus. ¶ Et ꝯfirmat̃ iſta poſitio:ga op3 ponere eſſentiā diuinā īmediate hr̄e ſapiam ꝛ bonitatem:ꝛ eſſe quodāmō q̄ſi radicē,ꝛ ꝓn^m illaꝝ ꝑfectionū attributaliū:ꝛ ſine oī diſtinctiōe in ipſa eēntia:aliogn ꝓcederet̃ in infinitum.igitur ita videt̃ poſſe poni immediatū ꝓncipium duarum productionum.

¶ Contra hoc ga actio volendi in nobis nō eſt formalr libera:ſed ipſa volūtas:ga actio illa eſt quedā q̄litas:ꝛ q̄dā forma nālis in ſe:ꝛ nō aliqd intellectuale hn̄s inclinationē ad oppoſita:ita igit̃ in diuinis ipſa ꝓductio ſpirit⁹ ſancti:vt ipſa iam poſita eſt in eſſe,non vr̃ formalr eſſe libera:ſed preciſe libertas vr̃ eſſe in ꝓn⁹ huius ꝓductionis inquātū eſt hr̄:ſed ſi nulla diſtinctio p̄cedat ꝓductionē filij ꝛ ſpūs ſancti ꝓ⁹ diſtinctio,que eſt hui⁹ ꝓductionis:ꝛ illius eſt vt ſunt poſita in eſſe ab illo ꝓn⁹.g̊ nō eſt vna ꝓductio in diuinis ꝑ modū intell̄s ſiue nāe:ꝛ alia ꝑ modū libertatis:q2 nullū3 ꝓn^m p̄cedit,qḋ ex ſe aliter ſe hēat ad hanc ꝓductionē q̄3 ad illā:ꝛ ille ꝓductiones,in gbus eſt
H diſtinctio ꝓ,oīno in ſe vniformes ſunt in nālitate,vt iam poſite ſunt in eſſe. Aſſumptū de volitione:l3 poſſet mltis vijs ꝓbari,patere tn̄ pōt per hoc:q2 gcgd gn̄at ipſa volitio,gn̄at nāliter:vn̄ habit⁹ appetitiui v̓tute actuū appetitus ita gn̄antur nāliter ex eis,ſicut habitus intellectiui generant̃ nāliter ex itellectionib⁹. ¶ Ex alio etiā apparet: q2 tunc formalr poſſet aligs gaudere ꝛ triſtari libere:inquantū.ſ.gaudiū3 ꝛ triſticia ſunt paſſiones ꝯītes velle ꝛ nolle:q2 ille que ſunt īmediate cauſe iſtaꝝ paſſionū ponerent̃ formalr libere.ꝯīs tn̄ de paſſionibus vr̃ ſatis manifeſtū inconueniēs:q2 non videt̃ eſſe in ptāte voluntatis gaudere:niſi q2 in ptāte ei⁹ eſt velle illud ad qḋ ſequitur gaudiū:ꝛ ita nec triſtari,niſi q2 in ptāte ei⁹ eſt nolle illḋ, ad qḋ ſequit̃ triſtari:ꝛ ideo triſtatus de aduentu alicuius rei nociue ſiue diſplicibilis:ſi vult amouere triſticiā:op3 ꝙ deſinat nolle illḋ,qḋ noluit:nō aūt expedit ad h̄ deliberare,vt ſtāte nolitiōe ꝛ eꝛēm noliti nō ſequat̃ triſticia.

¶ Hec rō ſi concluderet:ꝯcluderet neċio diſtinctionem intell̄s a voluntate in creatura:ꝛ h̄ diſtinctionem realitatis a parte rei,qḋ nō vr̃ neċiū. Un̄ video ꝙ eodem ꝓn⁹ pōt hr̄e aliā ꝛ aliā habitudinē ad duo ꝓducta,ꝛ ad duas ꝓductiones. Nunc aūt nālitas ꝛ libertas non dicūt eēntialiter ꝓn^m actiuū ꝛ actiuū,ſed aptitudinalē habitudinē ꝓncipij ad ꝓductū:ꝛ nō habitudinē aptitudinalem:puta nālitas d̓terminationē ex ſe actus ꝓmi ad 2^m,ꝛ 3^m,libertas nō determinationē huius. Ad formā. Cōcedo neutrū poſitū eſſe liberū.igit̃ libertas eſt in aliq̊ p̄cedente actū. Concedo,ſed nō abſolute in illo,ſed dicit̃ reſpectū illius ad actū:ꝛ nālis ſilr dicit alium reſpectū eiuſdē ꝉ abſolute p̄cedētis,ad aliū actū. Similr in ꝓpoſito eſt facilior reſpōſio:q2 ad vtrūq3 ꝛ ꝓductionē,ꝛ ꝓductū,videt̃ ꝓn^m quo nāliter ſe hr̄e di.10.ſup̃. ¶ Contra.igit̃ in quo,non eſt diſtinctio ꝉ vbi eſt quo,ꝓductionū,niſi tn̄ rōnis:q2 nō ꝉ relationē3 ad ꝓductionē vel ꝓductū,niſi tn̄ rōnis. ¶ Jtē libertas eſt cōditio abſoluta:q2 ꝑfectio ſimplr. ¶ Rn̄: dat intelligere ſimplr ꝑfectionē:ſ3 nō dicit niſi reſpectū.

Adverte in hac additiōe deciperis qa ſcrupuloſe v̓ſ.

A.l.abſolut

A.l.re.
A.l.reſond.

¶ Correlariū.igit̃ tota deductio di.2.de dualitate ꝓma ꝓncipioꝝ actiuoꝝ non valet,niſi de relōnibus,que dicūt habitudinē ꝓncipij actiui ad ꝓductū. Et videt̃ ꝓbabile ꝙ ad ſimplr vnū ſit ſtatus,tam in ꝓn⁹ ꝓductiuo quo:l3 non qḋ,q̄3 in cā:q2 eſſe quo per te ꝯuenit ꝉ ſimplr vni ſic cā. ¶ Rn̄:Concedo:ꝙ libere ꝛ nāliter dicant habitudinē ad agere,vel tn̄ determinatā ꝛ non determinatā,nō cōcludūt in fundamētis:q2 ꝑfectionis ſimplr eſt eſſe abſolutū a reſpectu ad poſterius.igit̃ ꝓn^m,cui cōpetit abſolutio maior reſpectu ꝓncipiandi,eſt ſimplr perfecti⁹ illo, cui cōpetit determinatio maior reſpcū ꝓncipiandi. Hec, ſi ꝓncipianda ſint eque ꝑfecta vel ꝓncipiādū abſoluti ꝑfectius ꝓncipiādo nālis eſt:q2 ad eque perfectū poſteri⁹ abſolutius eſt ꝑfectius.g̊ ſi velle noſtrū non ſit minus ꝑfectū nr̄o intelligere:ꝛ ex reſpectu libertatis in volūtate ad velle,ꝛ nālitatis in intellectu ad intelligere:ſeqtur voluntatē fundamentū reſpectus eſſe ſimplr perfectius h̄ꝯ conſonat diſtinctioni potentiaꝝ de q̊ in.49.di.4. ¶ S3

A.l.ſimilr.

A.l.ꝛ minoꝛ

I gd in deo:videt̃ idē ſequi ꝙ.ſ.ſ.eſt eque nobilis cū filio. igit̃ ꝓn^m productiuū non erit perfectius,qḋ eſt abſolut⁹. ¶ Rn̄:vtrūq3 eſt infinitū ꝛ inquātū operatiuū,ꝛ īquātū productiuū.igitur nulla excellentia eſt in formalibus: ſed tn̄ forte rōnis cōparantis formalitates infinitas ad finitas,cū gbus ꝯueniūt:ꝛ ſic conueniens cū3 perfectiore ꝯcipit̃ hr̄e quādā rōnem nobilitatis.i.relōnem ad nobilius. ¶ Ad arg^m.ſpiritusſanctus ꝛ filius nō ſūt poſteriora ꝓncipijs,nec aliqua imperfectiora:ſed eadē illis. Jō abſolutio ibi nō arguit maiorē ꝑfectionē nec determinatio imperfectionē:ſed tn̄ alium modū ꝓducēdi. ¶ Alia via di.10.q2 volūtas īfinita nō magis eſt indeterminata ad operationē vel ꝓductionē,q̄3 intell̄s. ¶ Contra ſaltē reſpectu creaturaꝝ intellectus nālr intelligit,volūtas libere vult.g̊ reſpectu illarū volūtas eſt nobilior. ¶ Rn̄: habitudo hec ꝛ illa ad ꝓmas opationes ꝛ ꝓducta ſi eēnt poſteriora,ꝯcluderent excellentiā fundamenti. Sed q̄ ꝓme operationes ꝛ ꝓma producta nō ſunt poſteriora: ſ3 idē vel equalia ſimplr,habitudines ſtant alterius rōnis ꝛ in formalitatibus alijs:ſ3 ſine excellentia fundamenti ad aliud,qualitercūq3 illa fundamēta cōparant̃,poſtea ſub iſtis reſpectibus ad poſteriores opationes ad ꝓducta que ſint ſimplr poſteriora,non ſequit̃ aliqua excellētia fundamēti hui⁹ ad reliquū. ¶ Nota potentia libere
K eſt potentia ſufficienter actiua,non determinata ex ſe ad opandū circa aliqḋ obm̄,qḋ non eſt eius finalr ꝑfectiuū. Actiua de genere actionis actiue:ꝛ ex ꝯītī ꝉ opationē:nec ſufficienter actu operatiua,q2 ſic erit actiuus intellectus l3 ſic paſſiuus ſufficienter in ſuo ordine agēdi.igitur nullum actum recipit ab alio quo agat in ſuo ordine,ga tūc eſſet inſufficiēter actiua. Non determinata ex ſe.i.ex ſuo

A.l.actiue.

actu primo / et hoc in suo ordine causandi. Sequitur ex correlativo sufficienter: et ex isto quod se determinat ad agendum non quidem alia determinatione precedente actionem de genere actionis: sed determinat se.i.indeterminata ex suo actu primo: tamen determinate agit nullo alio determinante ad agere. ¶ Hec conclusio sic exposita: probatur quia quicquid est in suo ordine sufficiens si ab alio determinatur ad agendum iam prius fuit determinatum ad hoc in suo ordine: sive quantum in ipso fuit: quod enim non egit / non fuit propter defectum forme / nec determinationis: ex parte eius: sed superioris / a quo dependet ad agendum et operandum operativa et activa. Sed libertas magis proprie respicit actionem saltem immediatius: nec igitur est determinata ad agendum ad aliquam operationem: que non est circa obiectum essentialiter perfectum. stat autem cum libertate quod sit determinata ad operandum circa illud / et ad agendum per consequens respectu illius operationis: probatur de voluntate divina respectu dei di.10. Secundo ymo infinita determinatur necessario. ¶ Sed nunquid libertas finita determinatur ad operandum circa illud. ¶ Respondeo. libertas non obviat. patet de infinita: nec perfectio. probo: quia perfectionis est determinare se ad obiectum perfectum. patet de voluntate dei respectu sui. igitur perfectiori magis convenit determinare se respectu obiecti perfectivi / voluntas creata est perfectior intellectu creato: et intellectus creatus necessario determinatur ad obiectum sui perfectivum. igitur magis voluntas. ¶ Oppositum tenetur di.1.q.4. ¶ Respondeo. Determinare se naturaliter ad quodlibet est imperfectionis maioris quam ad obiectum non imperfectissimum libere non determinare se: quia determinatio ad non perfectum est imperfectionis / ad quodlibet autem necessario determinatur intellectus: quia naturaliter. igitur etc. ¶ Ad illa: perfectionis est determinari ad obiectum perfectivum verum est. Sic quod ad illud solum et per consequens non naturaliter. igitur perfectiori magis competit. Verum est uniformiter: quia voluntati divine / et nulli intellectui. ¶ Sed si ex perfectione maiori voluntatis create quam intellectus / statim inferas / quod necessario determinetur ad perfectivum / non sequitur: quia determinatio ad necessitatem illam naturalem / que competit intellectui voluntati repugnat. Alia autem non potest competere voluntati ex perfectione voluntatis in communi: sed tamen voluntati infinite. Aliter intellectus necessario determinatur / ab alio perfectionis est non determinari / et in determinante se quod necessario determinet se ad perfectissimum: et hoc convenit soli voluntati infinite. ¶ Unde hec indeterminatio voluntatis: ¶ Respondeo. non ab intellectu / quod necessario determinatur ad quodcumque determinatur: sed impeditur per sensibilia: sicut grave est impossibile non descendat: immo quando hic per sensibilia determinatur / necessario determinatur sic. Per hoc ad propositum est indeterminatio radicaliter ab essentia: formaliter ex propria ratione voluntatis: quia enim natura est quasi illimitata / cui.s.multa possunt esse convenientia. Ideo datus est ei appetitus illimitatus ad oppositorum convenientia: sed intellectus apprehensivus se determinat secundum evidentiam determinatam / ut dirigat aliquid. ergo ultra / ut determinatum ad utrumlibet determinetur.

Vide supra de his quo auertitur intellectus Auer. per sensum aliquando. et aliquando corroboratur vt inquit Aristo.3. de ani.t.c.32.

¶ Secundo. Si essentia ut omnino indistincta esset principium duplicis productionis. ergo cum intellectus sub ratione infiniti sit sufficiens principium productivum / et sufficiens ratio principiandi verbum infinitum. et voluntas sub ratione infiniti sit principium productivum amoris infiniti: et antequam intelligatur intellectus infinitus / et voluntas divina infinita formaliter distincta / preintelligitur essentia / ut essentia infinita. ergo per ipsam / ut preintelligitur / erit duplex productio intrinseca: iterum etiam quando posterius intelligitur ibi intellectus formaliter infinitus et voluntas formaliter infinita / erunt que persone infinite producte virtute illorum duorum principiorum. ergo erunt quatuor persone producte infinite. ¶ Et si dicatur nunquam ibi esse infinitum intellectum nec infinitam voluntatem ex parte rei: sed tamen esse ibi illam unam naturam omnino indistinctam ex natura rei: et ex eius ratione esse tres personas: et intellectum et voluntatem esse ibi precise per considerationem intellectus: et ita non esse ibi principia productiva personarum realium ex natura rei distincta. ¶ Contra. si aliqua sint ibi distincta per actum intellectus / sint.a.et.b. nunc quero aut illa ex natura rei sunt distincta aut non. et si sic: contradicis tibiipsi. si non: sed per intellectum. ergo intellectus sub ratione intellectus: et non sub ratione nature distinguit. aut igitur ante distinctionem istorum est ibi intellectus sub ratione intellectus: et habetur propositum. quod est ibi ex natura rei: aut non: sed ipse intellectus sub ratione intellectus est ibi productus per actum intellectus negociantis et distinguentis: et nunc erit querere de illo intellectu / quo actu producitur / aut ex natura rei: aut ex intellectu: ut intellectus est: et procederetur in infinitum: vel ubicumque stabitur ibi erit intellectus inquantum intellectus / et ex natura rei: vel prima distinctio que ponetur / ibi erit ex natura rei / cuius oppositum ponis. ¶ Preterea. Deus est ex natura rei formaliter beatus: et non formaliter in relationibus rationis. beatitudo autem eius est formaliter in intellectione et volitione. ergo intellectus et voluntas que sunt principia istorum: sunt ibi ex natura rei. ¶ Confirmatur ista ratio per philosophum.12. metaphysice. qui probat quod si deus non sit actu intelligens / nihil honorabile inerit ei: se habebit enim ut dormiens. ergo secundum ipsum non est perfectus ex natura rei / nisi ibi esset formaliter intellectus ex natura rei: et per consequens est ibi intellectus distincte ex natura rei: quia non potest intelligi actualis intellectio formaliter sine intellectu formaliter. ¶ Preterea. Si intellectus non est ibi formaliter ex natura rei: sed fundamentaliter: ergo intellectus formaliter non est perfectio simpliciter: quia non est ibi melius habere ipsum formaliter / quam non habere ipsum: immo per se in essentia illa / que optima est: non habetur formaliter: sed tamen opposito modo habendi. ergo non potest concludi ibi esse intellectum: quia est perfectio simpliciter: sed magis videtur sequi oppositum. Quid igitur dicit Ansel. monologion.15. quod quicquid est in deo: melius est ipsum quam non ipsum: sicut est de sapiente. et Aug.15. de trini.c.4. vel.5. neque enim divinorum librorum auctoritas tantummodo esse deum predicat: sed omnis que nos circumstat natura / pro clamat hic se prestantissimum conditorem / qui nobis mentem rationemque naturalem dedit: qua viventia non viventibus: predita sensu non sentientibus: intelligentia non intelligentibus: immortalia mortalibus: impotentibus potentia: iniustis iusta: bona malis: incorruptibilia corruptibilibus: immutabilia mutabilibus: invisibilia visibilibus: incorporalia corporalibus: beata miseris preferenda videamus. Ac per hoc quoniam rebus creatis creatorem sine dubitatione preponimus: oportet cum et summe vivere et cuncta sentire atque intelligere. Et parum post. Iustissimum / speciosissimum / optimum / et beatissimum fateamur etc. quere ibi Augu. que contraria esset illa / si ratio naturalis dictat beatum esse meliorem misero: ergo deus est beatus: si ipsum quod est in creaturis melius est suo opposito: hoc est propter eius realitatem / et in deo ex natura rei non est aliquo modo realitas illa: sed tamen fundamentum cum opposito modo formalitatis huius. ¶ Quod autem intellectus qui probatur ibi esse ex natura rei sit infinitus / probo. intellectus enim ut intellectus essentiam divinam comprehendit ut obiectum formaliter infinitum: nihil autem comprehendit obiectum formaliter infinitum / nisi ipsum comprehendens sit formaliter infinitum. ergo etc. ¶ Preterea. Intellectus divinus intelligit simul infinita intelligibilia secundum Aug.12. de ci. dei.c.18. ita nec numeros propter infinitatem nescit omnipotens deus: et si usque ad quandam summam numerorum scientia dei pervenit / et ceteros ignorat: quis hoc vel dementissimus dixerit: et subdit parum post. Infinitas itaque numeri quamvis infinitorum numerorum non sit numerus: non tamen est incomprehensibilis ei / cuius sapientie non est numerus. ¶ Et si dicas intellectus non est formaliter infinitus inquantum intellectus: sed inquantum est idem essentie divine infinite: et ideo non habet inquantum intellectus / quod sit principium productivum alicuius persone infinite: et ita non erunt due persone divine. ¶ Contra hoc arguo: quia hoc modo posset dici quod paternitas est formaliter infinita: quia est idem essentie infinite: et tunc non esset magis inconveniens

T.c.51.

Idem de ci. libro.2.c.16. et.12. meta. t.c.51.et.2.de generatione animalium.c.6.

M

Psal.146.

neniens filium non esse formalr intelligentē, ꝙ ipm non esse formalr patrē: qḋ est manifeste absurdū. ⁋ Proba-tur ēt ex alio: qꝛ illa que nō sunt formalr infinita in diui-nis, si accipiant̄ in abstracto, nō predicant̄ de se inuicem ēt per identitatē, sicut nec formalr: hec eni non ɔcedit̄, pa-
4.4. ternitas est innascibilitas: cuius rō dicta est di. 8. q. de at-tributis: qꝛ illa abstractio tollit illud, qḋ fuit cā veritatis s. identitatē extremoꝝ: qꝛ vt ꝑcise sumunt̄, neutrū est for-malr infinitū: ꝛ iō neutrū, vt precise abstractiue sumptū includit, ꝙ sit idem alteri: sed ista est vera. intellꝰ est pa-ternitas: ꝛ intellꝰ est filiatio: lꝫ nō sit formalis ꝑdicatio. ğ intellꝰ hꝫ infinitatē formalē: qualē non hꝫ filiatio, vel pa-ternitas, vel innascibilitas. ⁋ Et si queras: est ne intellꝰ oīno īfinitus, formalr ex se sicut essentia? ⁋ Rñ: pōt di-
N ci ꝙ sicut distinguendo res ab inuicē, aliq̄ res est infinita a se ꝛ in se: sicut pater ꝛ ꝑma ꝑsona in diuinis. aliq̄ res est in se infinita: sed nō a se sicut filius, ꝛ spūſſcūs. aliqua aūt res est ex se finita, ꝛ in se simplr finita: sicut creatura. Ita ɔsiderando aliq̄, que non sunt formalr eadem, pōt aliqd accipi tanq̄ īfinitū in se ꝛ oīno a se. sicut essentia diuina, que est radix ꝛ fundamentū, q̄ infinitatē a nullo hꝫ: vnde Joan. Dama. c. 12. esse dei est velut pelagus sube infinitū ꝛ indeterminatū: aliqd aūt est infinitū per se ꝛ in se: sꝫ nō oīno a se tanq̄ ꝑma radix ꝛ fundamentū oīs īfinitatis: si-cut attributa diuina, que ſm eundē Dama. c. 5. Dicūt ali-qd q̄si circa essentiā: ꝛ bene pñt esse talia formalr infini-ta: ꝛ in se ꝛ per se: sꝫ radicalr in essentia sicut in fundamē-to: cui sūt eadē: vlterius aliqd est, qḋ nec in se formaliter est infinitū nec idem formalr īfinito, sicut ꝑsonales pro-
Deficit. ꝛ doct. dimisit spatiū vacuū. vide. q. 5. qū. art. 3. ꝛ in ꝑ lo. reportatio num ꝛ di. 8. ꝛ. 10. ꝛ alibi sepe ad hoc. prietates. Sed que rō: quare ista nō hñt formalē īfinita-tē aliā ab essentia: sicut intellꝰ hꝫ: hoc alꝰ poterit patere.

Ad argumenta

pro opinione ista nūc vltimo iprobata cū dī infinitū ex se oīno indistinctū pōt esse pⁿ distinctoꝝ: verū est vbi illa distincta non requirūt ex rōne sui distinctionē priorē in principijs: talē aūt reqrit ꝑductio libera, ꝛ nālis: qꝛ ad il-la nō pōt esse pⁿ distinctio: sed ꝑexigit̄ aliqua distinctio in ꝑncipijs, que aliquo mō hñt ꝑncipiare nāliter: ꝛ libere ꝑsonas diuinas. Et per hoc pꝫ ad ɔfirmationē illam que adducit̄ ibi, ꝙ essentia hꝫ sapientiā, bonitatē: ꝛ oēs alias ꝑfectiones attributales ante oēm cōsiderationē intelle-ctus: ꝛ hoc absq; oī distinctiōe ꝑsupposita in essentia: ve-rum est: qꝛ ille ꝑfectiones attributales nō reqrunt oppo-situ modū ꝑncipiādi, nec distinctionē in ꝑncipijs: ita eni essentia nāliter est intellectus, sicut est volūtas: similiter illa attributa nō sunt ꝑprie ꝑncipiata ab essentia diuina: lꝫ essentia diuina concedat̄ aliquo modo habere rationē ꝑfectionis radicalis: ꝛ fundamētalis respectu eoꝝ.

Ad questionem

O respondeo ꝙ ꝑductiones se ipsis formalr distinguuntur. ğñatio enim formalr seipsa est ğñatio. Et spiratio seipsa formalr spiratio. Et ex rōnibus formalibus eoꝝ impole est ğñōnem esse spirationē, circūscripto per impossibile quocūq; alio. Ita ꝙ nō opꝫ querere quibus distiguunt̄: qꝛ tota ratio formalis vnius est non eadem toti rōni for-mali alteriꝰ. Hoc apparet per Aug. 15. de tri. c. 27. vbi di-cit. Sic eni videbis qd distet natiuitas verbi a ꝑcessiōe doni. Et paulo post. voluntatē de cognitione ꝑcedere: nō tñ esse cognitionis imaginē ꝛc. querere totū vbi vult ex ꝑ-cessionum distinctiōe cōcludere distinctionē personarū ꝑcedentiū. Simĺr. 5. de tri. c. 9. ꝛ. 14. cur spūſſcūs nō sit filius: cum tñ a pře exeat. Et soluit dicens: exit enim non quō natus: sed quō datus: soluit ğ ibi qōnē de distinctio-ne ꝑsonaꝝ per distinctas eaꝝ emanatiōes. ⁋ Et si obij-citur ꝙ emanationes nō sūt a se. ğ nō distinguunt̄ a secō

sequentia ꝑbat̄: qꝛ a quo aliqd hꝫ entitatē, ab illo hꝫ vni-tatem. 4. metaᵉ: qꝛ dicunt̄ ad ɔuertentiam ens ꝛ vnum. T.c.8.
⁋ Rñdeo. dñe specifice nō sunt a se effectiue: ꝛ tñ sunt seipsis ꝑ distincte formalr: ab eo tñ sunt distincte effecti-ue, a quo hñt esse effectiue. distingui aūt ꝑmo formalr nō est distingui per aliqḋ iclusū in vno aliquo: ꝛ in aliq̄ cō-uenire: sed se toto formalr distingui: ēt si per ipossibile oē aliud a rōne sua circumscribat̄. Ita dico ꝙ si dñe vltime opposite essent: se totis distinguerent̄: ꝛ se totis essent ꝑ diuerse formalr. Ita dico in ꝑposito ꝙ si per ipossibile iste ꝑsone distīcte vel ꝑductiōes possent eē ipncipiate, se totis eēnt foīalr distincte: ita ꝙ nihil foīalr iclusum in vna, eēt foīalr iclusum in altera. Et tñ sic ꝑncipiata sunt: ita ꝑncipiatiue seu origīatiue distinguunt̄ a suis ꝑncipijs, itellectu. s. ꝛ voluntate: q̄ nō tñ distiguunt̄ rōne, sicut ar-
P gutum est ɔtra penultimā opīonē: sed intellꝰ formaliter nō est voluntas ex nā rei. Et cū īfinitas addita alicui nō variet rōnē eius formalē: intellꝰ infinitus nō est formalr volūtas īfinita. Et lꝫ nō neċe sit distinctionē illā formalē reducere ad aliā, inq̄tū est foīalis: tñ qḋ est formale in ꝑncipiatis reducit̄ ad istā distinctionē ꝑncipioꝝ. ⁋ Si dicat̄ ꝙ duo distinguunt̄ a tribꝰ, nō tñ duo īfinita a tribꝰ infinitis distinguunt̄. Cōtra istud querant̄ argumēta. Hoc spatium vacuū in originali doc.

Ad argumenta

principalia. ⁋ Ad pᵐ dico ꝙ vī ɔcludere ɔ eos, qui ponūt quasi subm ğñōnis eē ēntiā diuinā. Naꝫ cū in creaturis ğñatio sit nālis ex inclinatiōe ꝑncipij passiui: non aūt ex rōne principij actiui: qꝛ si volūtas mea ğñaret ignem de mā illa: ğñatio passiua eēt nālis ꝑ inclinationē potentie passiue ad formā: lꝫ pᵐ actiuū esset liberū. Ita vī si di-uina essentia esset quasi subm in diuinis respectu ꝑprie-tatū ꝑsonalium eque nāliter iclinaret̄ ēntia ad ꝑprieta-tē spūſſci sic ꝛ filij: ꝛ ꝑ ɔñs ꝑductio spūſſci. s. passiua eēt eque nālis, sicut ꝛ filij: lꝫ ab alio pⁿ actiuo eēt hec ꝑdu-ctio ꝛ illa. Sꝫ ɔ me nō ɔcludit: qꝛ nego ibi eē ğñōnē sub rōne mutationis: ꝛ oīno qōcunq; passiuū respectu actus: sicut patuit di. 5. Sed ꝑcise pono ibi ğñōnē sub rōne ꝑ-ductionis cuiꝰ termini sunt ꝑducens ꝛ ꝑductū: ꝑcise igi-tur dicet̄ illa ğñatio nālis: qꝛ illa habitudo inter ꝑducēs ꝛ ꝑductū est nālis: ꝛ nālitas huius habitudinis est ex pte naturalitatis ipsius ꝑducentis: qꝛ ꝑducit ꝑncipio natura-liter † iclinato ad agendū. ꝛ hoc modo non spirat pater. A. l. inclinatio.
⁋ Alio mō dī ꝙ ğñatio sumit̄ vno mō ꝑ ğñōne sube. vl̄ alio mō spāliter pro ꝑductiōe viui ex viuo: ꝛ hoc mō di-cit̄ aīal ğñari, ꝛ nō ignis. Et ibi cōiter ɔcurrit ex pte agē-tis inclinatio nālis siue forma nālis, que est pᵐ generan-di: ꝛ hō mō vltimo vī eē ğñatio in diuinis. ⁋ Prima rñ-sio forte est melior. ⁋ Ad 2ᵐ dico ꝙ qñ cōparant̄ duo ad 3ᵐ illimitatū ſm illud, ſm ꝙ cōparant̄ ad 3ᵐ non se- Q
quit̄ ex vnione eoꝝ in 3ᵒ vnio eoꝝ inter se. Exēᵐ. si ego sum cū deo hic: ꝛ papa sit cū deo rome. ğ ego sum simul cū papa: nō sequit̄: qꝛ deus est illimitatus ſꝫ ꝑñtiā: qꝛ est pñs oībus locis. ⁋ Ita etiā nō sequit̄. ego sum cū eterni-tate: ꝛ habraā fuit cū eternitate. ğ ego sum vel fui simul cum habraā: qꝛ deus eternus, ꝛ eternitas eiꝰ sunt illimi-tata. Ita dico in ꝑposito ꝙ př hꝫ in se duplicē fecūditatē ꝑfecte. vtraq; aūt ꝑductio correspondet ꝑcise vni fecūditati: ꝛ iō př respectu duaꝝ ꝑductionum est illimitatū, vel q̄si indeterminatū cōparatū ad determinata: ꝛ iō non sequi-tur ꝙ si vtraq; productio sit vniuoca in 3ᵒ tali. ꝙ ille ꝑ-ductiones sint vniuoce inter se. ⁋ Cōtra istud arguit̄ sic. Si ꝑductiones nō sunt vniuoce, sed sunt alterius rōnis: ergo ꝛ termini ꝑductionū erūt alterius rōnis. ex. 5. phyᵉ. T.c.45.ꝛ 48.
igit̄ cū in terminis productis reqrant talē distinctionem formalē, termini non erunt vniuoci alicui 3ᵒ. ğ ex oppo-

sito si termini sunt vniuoci alicui 3°: et pductiones erunt
vniuoce inter se. ¶ P̄. Intell's et voluntas put sunt potē
tie opatiue, requirunt distinctionē formalez in obiectis: et
si respectu obiecto℞ essent potētie pductiue talem pdu
cerent distinctionē in obiectis: ergo cū termini pducti re
quirant talē distinctionē formalē, termini non erunt vni
uoci. ¶ P̄. Productū per intellectum ex vi pductionis
sue est notitia genita: pductum aūt per modū volūtatis
R est amor pcedēs: sed notitia, vt notitia, et amor, vt amor,
videntur alterius rōnis formalr. ergo et cetera. ¶ Ad p̄m dico q
illa ppō de motibus et terminis que adducit ad ppoſi
tū non est vera, nisi qn alie due sūt vere. s. q forma fluēs
ſm quā est motus est eiusdē rōnis cū forma terminātē:
De hoc vide clarius supra distin. 8. et motus est eiusdē rōnis cum forma fluente. ¶ Ad ppo
situz igit applicando: pductio ista nō est fluxus aliquis,
neqz forma fluens: neqz est eiusdem rōnis cum forma q̄
est terminus formalis pductionis: qz formalis terminus
pductionis est aliqd essentiale. pductio autē est relo for
malr: et iō nō opz ex distinctione pductionū ꝯcludere di
stinctionē formalē termino℞. Exemplū huius qd dictū
T. cō. 23. est de motibus pz ex. 5. phys. Quia idē vbi pōt acquiri
p motū rectū et per motū circularē, qui sūt oino alterius
Tex. cō. 22. spēi: sicut pbat ex. 7. phy. Quia nō sunt cōparabiles: sz
hec forma ſm quam est fluxus in motu si est eiusdē rō
nis cū termino, nō est ex h distinctiua rōnis motuū. Ista
rñsio tacta est. s. di. 2. q. de pductionibus. pro argumēto
In originali albū spatium qz deficit. Cōmētatoris. ¶ Et si obycias saltem pmi termini. s. ter
mini formales erūt nō vniuoci, ex quo pductiōes nō sūt
vniuoce: et ita psone, que sunt pmi termini, erunt nō vni
uoce iter se: et ita neqz erunt vniuoce in 3°. ¶ Rñ°. pdu
ctio nō icludit formalr essentiā diuinā. psona aūt icludit
formalr eā: qz psona non est tm ppríetas sine relo. sz hy
postasis subsistēs in nā diuina: sicut sor. nō tm icludit p
prietatē idiuidualē, sz ēt nām humanā: lz eni pmi termi
ni sint eiusdē rōnis cū pductionibus quātū ad h, q pmi
termini includūt relones: et pductiones sint relones: non
tm sunt eiusdē rōnis, q̄si adequate: qz pmi termini nō tm
icludunt relones: sz ēt absoluta: et tūc non opz eas tm di
stingui, sicut pductiones distinguunt: qz q̄ includūt aliq̄
distinctiua, nō opz tm distigui sicut illa: vt dctū est. s. di.
q. 3. 8. q. illa. Utrū deus sit in gñe: qz diie sunt p diuerse: nō tm
icludentia eas sunt p diuersa. ¶ Ad aliud de potētys di
co q, vt sunt potētie opatiue nō regrunt distinctuz obm
formale: imo illud idē qd est p̄m obm formale intell's di
uini, est ēt p̄m obm et foiale volūtatis diuine: ita q vtraqz
po° beatificat in eodē obiecto p ſm eandē rōnē forma
lē pmi obiecti: nulla eni pfectio q̄si radicata in ipsa essen
tia diuina est pmo beatificatiua intell's vel voluntatis di
uine: sed ipsa essentia diuina sub oimoda p̄a rōne: vt. s. est
fundamentū oīs pfectionis in diuinis: ita q argum est ad
oppositū: qz sicut non regrit distinctio formalis in obīis:
vt sunt potētie opatiue: ita nec in potētys, vt sūt pducti
ue. ¶ Ad 3m dico q nō est ad propositū: qz tenētes in di
uinis gnōnē esse equocā in h hērent dicē eā in se equocā
esse pp equocationē termini pducti a pducēte. Silr hñt
dicere spirationē in se esse equiuocā propter differentiaz
spirantis a spirato: nō igit sufficeret eis ad istā ꝯclusionē
q genitū et spiratū essent equocā. Argumentū aūt in se si
qd probet, nō probat nisi distinctionē geniti et spirati: vel
formalium termino℞ gnōnis et spirationis: et ita nō ppo
situ co℞. ¶ Sed ꝯ arguo sic: non tm notitia vt notitia: et
S amor, vt amor: sunt alterius rōnis: sed ēt notitia, vt noti
tia actualis, est alterius rationis a memoria. Et amor, vt
amor, est alterius rōnis a voluntate, vt est actus pmus. ergo
si ꝯcedat distinctio formalis in terminis pductionū. s.

notitie et amoris: et q pducantur isti termini. s. notitia, et
amor virtute memorie et voluntatis, opz ꝯcedere distin
ctionem formalē pncipy pductiui a termino formali p T
ducto: et ita equocationē in vnaquaqz pductione. ¶ Re
spondeo: pōt dici q illud assumptū. s. q genitū ex vi p
ductionis sue. s. gnōnis sue sit notitia actualis: pōt distin
gui de primitate originis et pmitate adequatiōis. Si in
telligat de primitate originis, pōt negari: qz tunc nō eēnt
tres psone vniformiter deus. eēntia eniz in pře intelligit
eē in eo, quasi p̄m et fundamentū cuiuslibet pfectiōis. Et
tunc si in filio pintelligit notitia an essentiā: filius tūc nō
hēret essentiam an qdcunqz aliud in se: sicut nō ante noti
tiā, et ita nō esset vniformiter deus cum pře. ¶ Quantuz
igit ad istam pmitatē (lz non sit originis: correspondet tm pri
mitati originis pluriū perfectionuz in vna creatura) pōt
dici q pmuz in quacunqz persona est essentia: qa qn ali
quid ꝯtinet in se plures perfectiones cōicabiles: cōicans
illud vnum cōicat oēs perfectiones in eo: eo ordine quo
nate sunt esse in illo vno. Exemplū tam in distinctione De hoc in 1° dist. p̄°. q. 1.
rerū q̄ non rerum: tm ex parte rei. p̄m quidem: si ignis ge
neraret totū ignem, et pduceret tam mām q̄ formā pus
origine cōicaret mām q̄ formā, eo ordine. s. quo illa sūt
in generante. Exemplū scd̄i. ignis est substantia: corpo
rea: inanimata: et elementū: sicut tūc sunt ista per ordinez V
in igne gñante: ita cōicant simili ordine igni genito: et tm
pmus terminus ſm adequationem est ignis, vt ignis: qa
hoc est, qd principalr intendit ignis gñans: et in quo per
fectissime sibi assimilat ignis genit°. s. ignis, vt ignis. Ita
pōt dici in ppósito: q lz essentia diuina in qualibet per
sona sit oino p̄m, quasi fundamentū cuiuslibet pfectionis
essentialis: prima tm persona appropriate hz memoriā:
et virtute illius pncipy pductiui pducit prima pductio
ne adequata secundā psonaz: et scd̄a persona quasi adeq̄
ta p̄° pductiuo producit vt notitia actualis: et spūsscūs
q̄si adeq̄tus suo p̄° pductiuo pducit, vt amor actualis.
¶ Sed adhuc vi stare argum: qz vniuocatio vel equoca
tio magis videt concludi ex pmitate adequationis q̄ ex
pmitate originis: lz enim sol sit subā et vermis sit subā: nō
pp hoc dī gñatio vniuoca vermis a sole: qz non assimilat
sibi terminum in forma specifica. Ita igitur hic vi equo
catio, ex quo pmus terminus pductus adequatus nō est
oino vniuoce eiusdē rōnis cuz p̄° pductiuo. ¶ Rñdeo X
et dico q non est equoca pductio si p̄m pductiuum nō
est eiusdē rōnis cum termino formali pducto, loquendo
de termino formali primo pducto et de pncipio pmo p
ductiuo: sed requirit q illud, qd est p̄m pductiuum, nō
cōicet eiusdem rōnis genito: et q illud, qd est terminus
formalis in producto, non sit eiusdem rōnis in pducente:
opposita autem istorum sunt in ppósito: qz memoria est
formaliter in notitia genita actuali: et notitia est formali O
ter in persona generante: lz neutrum illo℞ sit pma ratio
agendi, et pma rō terminandi pductionem.
¶ Exemplū huius est si asinus gñaret asinū: lz forma
specifica non sit pmum p̄m producēdi asinū: et iō pp
hoc non est vniuoca gñatio nec equiuoca: qz illud qd est
per se formalis terminus gnōnis, est eiusdem rōnis in ge
nerante et genito: lz non sit ibi prima rō producendi seu
gñandi. Et aūt aliquid eiusdem rōnis p sit in isto, vt pro
ducente: et pmo in illo vt in termino pducto, nō requirit
ad gnōnez vniuocā. Ita pōt poni exemplū de carne aīa
ta generante carnem aiatam nāliter virtute caloris nā
lis, vbi tm ipsa aīa vel quecūqz alia forma detur non est
necio pmū p̄m producendi in pducente, et primus ter
minus formalis in pducto: ideo hoc saltem nō requirit
ad vniuocationem in gnōne. ¶ Ad 3m dico: q generatio

actiua ꝛ spiratio actiua nō sunt idē formalr: nec p̄mi termini formales ipsaꝝ. s. notitia actualis ꝛ amor actualis sunt idē formaliter: ꝛ tñ p̄mi termini ꝓducti illis productionibus sunt vniuoci inter se ꝛ ꝓducenti: qꝛ ꝑsone producte hñt oīno eandē perfectionē absolutā inter se, ꝛ eandem cū ꝓducente. ¶ Ad 3^m p̄ncipale dico: ꝙ arḡo de distinctione p̄ncipioꝝ sola rōne falsū est. ¶ Ad p̄mā probationē cū arguit̄ ꝙ oppositū nō staret cum simplicitate diuina. Responsū est prius sepe dis. 2. ꝛ 8. vbi intētio habita est de non idētitate formali absqꝫ distinctione reali.

B.I. Cum vlteri⁹ pba' mi. 2ª. illã p̄bationē cum arguit ꝛc. ¶ Ad 2^am ꝓbationē cū arguit̄, ꝙ alr esset relō realis inter intellectū ꝛ intelligere. Rn̄deo intellectus est potētia operatiua ꝛ ꝓductiua p̄mo mō. s. inquātū est p̄n^m operatiuū: nec intellectus, nec suppositū, cuius est actio, hꝫ relationē realē ad operationē realē, que nata est esse in ipso: sed hoc accidit in nobis: qꝛ est ibi distinctio realis seu differentia inter ipsū ꝛ opōnē ad quā est: vt aūt est p̄n^m ꝓductiuū: lꝫ ipsū nō habeat relationē realē ad ꝓductū: qꝛ idē est ꝓducto: nec ad ꝓductionē pp idē: tñ ꝓducēs ipso hꝫ relationē realē ad ꝓductū pp distinctionē eoꝝ realē: ꝛ hec sufficit ad hoc, ꝙ ꝓductio sit realis: sed talis relatio nō reqrit̄ inter intellectū ꝛ intelligere ad hoc, ꝙ opō intellectus sit realis.

Y Sed nec ipse intellectus nec operans eo hꝫ relōnē realē, ad intelligere: qꝛ non est distinctio realis huius ꝛ illius: nec hoc, ꝙ intellectus dī patri esse p̄n^m ad intelligendū notat relationē realē ipsius intellꝰ ad intellectionē, que inest p̄ri s̄m hoc p̄n^m: qꝛ hoc magis videtur de gignitione q̄ꝫ de intellectione: qꝛ gignitio maiorē distinctionē requirit. Nec tñ cū dī intellectus est patri p̄ncipiū dicendi, notat̄ relō realis intellectus ad dicere. ¶ Et cū arguit̄ ꝙ tunc nō magis intelligeret intellectu q̄ꝫ voluntate. ꝯñia nō valet. nec tñ dī ita intellectu intelligere: qꝛ sit relō realis intellectus vel p̄ris s̄m intellectū ad intelligere: sed tñ: qꝛ ista sit aliqua perfectio opatiua, s̄m quam

B.I.quod. nata est cōpetere p̄ri talis opatio: nec sequit̄ ꝙ nō magis intelligat p̄r in intellectu q̄ꝫ voluntate: qꝛ hec operatio q̄ est intelligere, nata est p̄mo cōpetere intellectui. nō autē est nata cōpetere voluntati: nec est aliqua alia rō: nisi qꝛ intellectus est intellectus: ꝛ voluntas est volūtas. cuicūqꝫ eniꝫ p̄n^o opatiuo ex eo ꝙ tale siue sit res per se, siue virtute cōtineat̄ in aliquo nata est cōpetere ꝓpria operatio. ¶ Cōtra. cōcedit in p̄te intellectū esse sibi p̄n^m intelligēdi. Sed esse p̄n^m iportat relationē aliq̄ꝫ: ꝛ si est ex nā rei

Z p̄n^m, est ex nā rei relō: ꝛ per ꝯñs realis. Rn̄deo qcq̄d cōpeteret alicui si esset res realr, hoc idē dꝫ ei competere ꝛ nō alteri, vbi est rō vel s̄m rōnē ħ mō est in p̄te intellectus respectu intelligere: qꝛ p̄n^m est oīno idē realr cū in-

B.I.p̄bõnẽ. telligere. ¶ Ad aliā rōnē de equalibus ꝛ eodē addito, ꝙ adhuc dꝫ tenere ꝯñia: ꝛ ita est in ꝓposito. Rn̄deo sicut dī in cōsequētijs: ꝛ si ꝯñia teneat eodē addito, adhuc tenebit ꝛ veꝝ est addito nō destruēte rōnē ꝯñie: sicut est cū dī hō. ergo aīal. oīs hō. ergo oē aīal. respcū cuiuscūqꝫ p̄dicati: vel ecōuerso negatiue. Ita in ꝓposito dico ꝙ inequalitas itellectionis ꝛ intellectus est pp limitationem extremoꝝ, ꝓpter quā vel sine qua alterū excedit alterū additū ex vtroqꝫ extremo: additū aūt infinitū vtriqꝫ extremo tollit ab vtroqꝫ extremo limitationē: ꝛ iō inequalitatē: ꝛ iō tunc nō sequit̄ ꝙ sint inequalia: ꝛ imo eque perfectionis est intellectus infinitus, ꝛ intelligere ifinitū. ¶ Et si obijciat̄ ꝫ hoc ꝙ ifinitas nō tollit oēm inequalitatem: qꝛ albedo infinita adhuc excederet in ꝑfectione nigredinē infinitā. ¶ Dico ꝙ infinitas addita alicui limitato ex se est infinitas s̄m qd: qualis. s. pōt cōpetere rōni talis limitati: qꝛ nō dicit infinitatē vel illimitationē, nisi ratione illius cui additur: qꝛ hoc non pōt esse formaliter simplr infinitū. Infinitas aūt addita alicui perfectioni simplr: cui. s. nō repugnat infinitas simplr, est infinitas simplr in illa rōne: ꝛ ideo est simplr infinitas. intelligere aūt ꝛ intellectus sunt ex se ꝑfectiones simplr formalr, nec ex se limitationē icludūt: ꝛ ideo infinitas addita vtriqꝫ dicit infinitatē simplr, nō tñ in istis rōnibus: sed cōcomitanter in entitate, veritate, ꝛ bonitate: ꝛ oī ꝑfectione simplr vlr: qꝛ oīs perfectio simplr mutuo ꝛ vnitiue se includit: ꝛ iō itelligē infinitū simplr eq̄ret itellectui ifinito ꝛ ecōuerso.

¶ Preterea diligenter annotandum est ꝛc.

Distinctio. XIIII.

cipiamus ꝓpōneꝫ de possibili vnientē extrema pro eo-
dē instanti:puta istā.volūtas nō volens aliqd pro.a.pōt
velle illud pro.a.adhuc ista est distinguēda fm̄ cōpōnē
ꝛ diuisionē:ꝛ in sensu cōpōnis est falsa.s.qꝫ si sit possibilis:
qꝫ ipsa sit simul volēs pro.a.ꝛ nō volēs pro.a. Sensus
ꝯo diuisionis est verus.s.vt significet̄ qꝫ illi voluntati:
cui iest velle pro.a.possit iesse nō velle pro.a.sed nō sic
simul stabit.s.istō nō velle:qꝛ tūc illud velle nō inesset.
¶ Et ad intelligēdū istā zᵃᵐ distōnē que est obscurior:
dico qꝫ in sensu cōpōnis est vna cathe^{ca}:cuius subm̄ est
istud.volūtas nō volēs pro.a.ꝛ p̄dicatū volens pro.a.ꝛ
tūc tm̄ attribuit̄ h̄ p̄dicatū possibilr̄ huic subto:cui repu-
gnat:ꝛ per ꝯñs impossiter sibi ꝯuenit:qd̄ notat̄ possibilr̄
sibi ꝯuenire. In sensu diuisionis sunt due ꝓpōnes cathe-
gorice enunciātes de volūtate duo p̄dicata.in vna ꝓpō-
ne de inesse enuntiat̄ de volūtate hoc p̄dicatū nō velle
a.que cathegorica intelligit̄ per cōpōnem implicitam.
in alia aūt cathegorica de possibili enuntiatur possibilr̄
velle.a.ꝛ iste due ꝓpōnes verificantur pro.a.qꝛ signant
p̄dicata sua attribui subto pro eodē istanti:ꝛ hoc qdē ve-
H rū est.nam volūtati isti in eodē instanti ꝯuenit nō velle
a.cum possibilitate ad oppositū pro.a.sicut signat ista
de possibili. ¶ Exemplū huius distinctionis est in ista.
ois hō:qui est alb⁹ currit:q̄ posito isto casu:qꝫ oēs hoīes

Scotus laborat.

1. perihermenias ca. viii°. Vide. 1. topicoꝝ. c. 9. Cas. visio.

9. meta. tex. cō. 12.

Quere in sophismatibus henisb. et est 5. in ordine.

albi currant: et non nigri nec medij: vera est in sensu cõpõnis: et falsa in sensu diuisiõis. in sensu cõpõnis est vna ppositio hñs vnũ subm determinatũ p hoc: qui est albus: in sensu diuisionis sunt due ppositiões enuntiãtes duo pdicata de eodẽ subto. Cõsimiliter in ista. ois hõ qui est albus, necẽio est aial: que in sensu cõpõnis est falsa: qꝛ pdicatũ nõ necẽio zuenit toti huic subto. In sensu vero diuisionis vera est: qꝛ de eodẽ subiecto notant dici duo pdicata alterum necẽio alterũ absolute sine necessitate: et ambo zueniunt: et ambe ille cathegorice vere sunt.

Sed contra istã dis. arguit tripl'r qꝛ ipsa non sit logica: nec qꝛ po^a aliq̃ sit pro aliquo instãti ad oppositũ eius: qd ĩest in illo instãti. ¶ Primo

Cap. vltimo. per istã ppõnẽ p phiꝛ^m. oẽ qd est, qñ est, necesse est esse. ¶ 2° per illã regulã artis obligatorie. posito falso ztingenti de pñti in instãti negandũ est ipm eẽ: quã regulã pbat ille p hoc qꝛ illõ positũ sustinẽdũ est tanq̃ verũ. g sustinẽdũ est pro aliq̃ instãti: pro quo est pole. nõ aũt est verꝫ pole pro illo instãti: pro quo est positũ: qꝛ si eẽt possibile pro illo instãti. g posset eẽ verũ: et tũc vel p motũ vel mutationẽ: sed neutro mõ: qꝛ mot^9 nõ est in instanti: nec mutatio est in aliq̃ instãti ad opp^m eius: qd tũc inest: qꝛ sil' sunt mutatio et termin^9 mutatiõis. ¶ P. 3°: si p aliquo instãti sit po^a ad aliqd: cuius opp^m inest: aut ista est po^a cũ actu: aut ante actũ. nõ cũ actu pꝫ, nec ante actũ: qꝛ tũc eẽt ad actũ pro alio instãti: q̃ p quo ĩest illa potẽtia.

I ¶ Ad p^m rñdeo qꝛ illa ppositio Arist. põt eẽ cathe^ca vel hypote^ca. sicut et ista. aial currere: si hõ currit, est necẽium. hec qdẽ fm qꝛ cõditionalis est: est distinguẽda fm qꝛ necessariũ põt dicẽ necẽitatẽ zñe vel zñtis. p mõ est vera. 2° mõ est falsa. scdm aũt qꝛ est cathe^ca sensus est hoc totũ. currere si hõ currit. pdicat de aiali cũ mõ necessitatis. et cathe^ca est vera: qꝛ pdicatũ sic determinatũ necẽio inest subto: lꝫ nõ pdicatũ absolute: et iõ tũc arguere a pdicato sic determinato ad pdicatũ absolute sumptũ est fallacia fm qd ad simpl'r. Ita dico hic qꝛ si ista ppositio Ari. accipiat: vt est hypothetica tẽporalis: tũc necessitas aut notat necessitatẽ zñe vel zñtis: vt zñe vera est: vt zñtis falsa. ¶ Si aũt accipiat vt est cathegorica. tũc hoc qd est: qñ est nõ determinat cõpõnẽ implicitã in B: qd est: sꝫ cõpositionẽ pncipalẽ significatã per B qd est eẽ. et tũc pdicatũ hoc eẽ qñ est, denotat dici de subto qd est: cũ mõ necessitatis: et sic est ppositio vera: nec sequit. g necẽ est eẽ:

A. I. elio pec. sed est fallacia fm qd ad simpl'r. sicut in alio pꝫ. nullus igit sensus verus hui^9 ppõnis denotat: qꝛ eẽ aliqd in instanti in quo est: sit simpl'r necẽiũ: sed tñ qꝛ sit necẽiũ fm qd. s. qñ est: et cũ B stat qꝛ in illo instanti in quo est: sit simpl'r zingẽs. et per zñs qꝛ in illo instãti posset opp^m illius inesse. ¶ Ad 2^m illa regula est falsa. et pbatio ei^9 nõ valet: qꝛ lꝫ positũ debeat sustineri sicut verũ, põt sustineri pro illo instãti nõ negãdo illud instãs eẽ pro quo est falsum: qꝛ nõ sequit. est falsũ pro illo instãti. g est ipole. sic inuit illa pbatio: et cũ dicit si põt eẽ verũ pro instãti: pro q̃ est falsũ: aut põt verificari pro illo instanti etc. dico qꝛ nec sic: nec sic: qꝛ ista polĩtas ad veritatẽ ei^9 nõ est polĩtas aliq̃ cũ successione: vt alterũ post alterũ insit: sed est po^a ad opp^m hui^9: qd inest alicui inquantũ est põr nãliter illo actu. ¶ Ad 3^m dico: qꝛ est po^a ante actũ nõ ante durationẽ: sed ante ordine nãe: qꝛ illud qd pcedit nãl'r istũ actũ vt pcedit actũ nãliter posset eẽ cũ opposito illius actus. et tunc negandũ est qꝛ ois po^a est cũ actu vel ante actũ. intelligẽdo añ, pro põritate durationis: vera ãt est intelligẽdo ante pro põritate nãe. ¶ Et si obijcit z illud: qꝛ si pt velle. a. pro hoc istãti: et nõ vult. a. pro B instãti. g põt nõ velle. a. pro hoc instãti: qꝛ ad illã de inesse sequit illa de possibili: et tunc vꝫ sequi qꝛ possit velle. a. et nõ velle. a. sil' pro eodẽ instãti. ¶ Ad istud rñdeo fm phm. 9. meta^ce qꝛ hñs po^am ad opposita sic faciet: vt faciẽdi hꝫ potẽtiã: nõ aũt vt potẽtiã hꝫ faciẽdi: ita qꝛ modus refert ad terminũ potẽtie: nõ aũt ad potẽtiã ipsam: qꝛ simul habeo po^a ad opposita: sed nõ ad opposita simul. tũc dico qꝛ nõ sequit põt velle hoc in instanti. a. et põt nolle hoc in. a. g põt velle et nolle in. a. qꝛ põt eẽ potẽtia ad vtrũqꝫ oppositorũ disiunctim pro aliquo instãti: et si nõ ad ambo illa sil': qꝛ sicut est polĩtas ad vnũ illoꝝ: ita est ad nõ eẽ alterius. et ecõuerso. sicut ad reliquũ ita ad nõ esse istius. nõ igit simul ad esse hui^9 et istius oppositi: qꝛ polĩtas ad simultatẽ non eẽt: nisi esset ad ambo zcurrẽtia in eodẽ instãti: qd non habet p hoc qꝛ ad vtrũqꝫ diuisim est po^a p isto instãti. ¶ Exemplũ hui^9 appet in pmanentibus. hoc corpus põt eẽ in hoc loco in. a. instãti: et aliud corpus põt eẽ in eodẽ loco in. a. instãti: igit ista duo corpa esse pñt sil' in a. instãti. nõ sequitur. Ita enĩ hoc corpus põt eẽ ibi: qꝛ põt illõ corpus nõ eẽ ibi: et eꝫ. Et ideo nõ sequit, si po^a est ad vtrũqꝫ pro eodẽ siue in instanti: siue in loco. g ad ambo simul: sed fallit: qñcũqꝫ vtrũlibet illoꝝ duoꝝ excludit alterũ: ita ẽt nõ seqt. possũ tota die portare istũ lapidẽ: sic portabile aliqd adeq̃te virtuti mee: et possũ tota die portare alium lapidẽ. g possum sil' portare ambos: nõ seqt: qꝛ hic vtrũqꝫ ad qd est po^a diuisim excludit reliquũ. simultas aũt nunq̃ posset inferri ex sola identitate illius vnius instantis vel loci: sed opꝫ cũ hoc habere zunctionẽ istoꝝ duoꝝ respectu tertij que dicunt esse simul.

Iuxta predicta de voluntate nr̃a: vidẽda sũt quedã de voluntate diuina. et pmo ad que sit libertas eius. scdo que sit cõtingentia respectu volitoꝝ. 3^m. s. quantum ad distinctionẽ logicã. ppositionũ pportionabiliter idẽ est ibi et hic.

Quantũ ad p^m dico. qꝛ volũtas diuina nõ est idifferẽs ad diuersos actus nolẽdi et volendi: qꝛ B in volũtate mea nõ erat sine impfectiõe volũtatis. L
volũtas enĩ nr̃a erat libera ad oppositos actus ad B vt eẽt libera ad obta opposita: et B pp limitationẽ vtriusqꝫ actus respcũ sui obti. g posita illimitatiõe eiusdẽ volitionis ad diuersa obta: non opꝫ pp̃ter libertatẽ ad opposita obiecta ponere libertatẽ ad oppositos actus. ipsa etiã volũtas diuina libera est ad oppositos effectus: sed hec non est p^a libertas: sicut nec in nobis. remanet g libertas illa que est p se pfectionis: et sine impfectione. s. ad obiecta opposita: ita qꝛ sicut volũtas nostra põt diuersis volitionibus tendere in diuersa volibilia. ita illa voluntas põt vnica volitione simplici illimitata tendere in q̃cũqꝫ volibilia: ita qꝛ si voluntas illa vel illa volitio esset tñ vni^9 volibilis: et nõ posset eẽ oppositi: qd tñ est de se volibile. hoc esset impfectionis in volũtate: sicut deductum est prius de volũtate nr̃a. Et lꝫ in nobis posset distingui volũtas: vt est receptiua: et vt est operatiua: et vt pductiua. ipsa enim est pductiua actuũ. et ipsa est qua hñs operat: formal'r volendo: et ipsa est receptiua volitioni sue: O
tñ libertas vĩ eẽ eius inquãtũ est opatiua. inquãtũ. s. hñs eã formal'r põt ea tendere in obiectũ. Ita igit ponitur libertas in volũtate diuina per se et p inq̃tũ est po^a operatiua: lꝫ ipa nõ sit receptiua nec pductiua volitiõis sue: et tñ põt saluari in eo aliqua libertas inquantũ pductiua est. lꝫ enĩ pductio in eẽ existẽ nõ zcomitet necẽio opõnẽ ei^9: qꝛ opatio est in eternitate et pductio eẽ existẽ est in tpe: tñ opationẽ eius necẽio zcomitat pductio in esse volito: et tũc nõ põt po^a illa volũtatis diuine primo quidem esse vt pductiua sed fm quid. s. in esse volito: et ista productio concomitatur eam vt operatiua.

T. c. 10. et 12. Vide. 2. ce. 1. cõ. 119.

K

M Quantũ ad 2m articulũ dico: q voluntas diuina
nihil aliud respicit nec̃io pro obiecto ab
eẽntia sua: ad q̃dlibet igit̃ aliud ɔtingẽter se h3: ita q pos-
set eẽ oppositi: ⁊ hoc ɔsiderãdo ipsã3 vt est p̃oz nãlr ten-
dẽtia in illud obm: nec solũ ipsa vt volũtas p̃oz est nãlr
suo actu: sed ẽt inq̃ntũ est volẽs: q̃a sicut volũtas nr̃a vt
p̃oz nãlr suo actu: sic ita elicit actũ illũ q possit in eodẽ istã-
ti elicere oppositũ: ita voluntas diuina inquantũ ipsa est
sub volitione est p̃oz nãliter tendẽtia tali: ita tendit in il-
lud obm cõtingẽter q in eodẽ instanti possit tendere in
oppositũ obiectũ: ⁊ hoc tã de potẽtia logica: que est non
repugnãtia terminoꝝ: sicut dictũ est de volũtate nostra.
q̃ȝ de potẽtia reali: que prior est nãliter actu suo.

Uiso de cõtingentia rerũ quantũ ad exi-
stẽtiã: ⁊ hoc ɔsiderã-
do respcũ volũtatis diuine. restat videre 2m p̃ncipale q̃-
liter cũ h̃ stat certitudo scie eius. H̃ põt poni dupl̃r. vno
mõ p h̃ q itell̃s diuin9 videt determinationẽ volũtatis
diue. v3. illud fore pro. a. q̃a volũtas illa illud determinat
fore pro eo. scit enĩ illam volũtatẽ eẽ imutabilẽ ⁊ nõ im-
pedibilẽ. ¶ Uel aliter: q2 ista via videt̃ ponere quẽdã
discursuȝ in intellu diuino q̃si ex intuitiõe determinatio-
nis volũtatis: ⁊ imutabilitatis ei9 ɔcludat h̃ fore. põt po-
ni aliter q itell̃s diuin9 aut offert simplicia: quoꝝ vnio
est ɔtingẽs in re: aut si offert cõplexionẽ: offert eam sicut
Percipe si potes ⁊ quiesce. neutrã: ⁊ voluntas eligẽs vnã partẽ. s. ɔiunctionẽ istoꝝ
pro aliq̃ nũc in re: facit illud determinate eẽ verũ. H̃ erit
pro. a. hoc ãt existẽte: determinate v̾o: eẽntia est rõ intellũ
diuino intelligẽdi istud verũ: ⁊ hoc nãlr quãtũ est ex pte
N eẽntie: ita q sicut nãliter intelligit oĩa p̃n9 nec̃ia: q̃si ante
actũ volũtatis diuine: q2 eoꝝ veritas nõ depẽdet ab il-
lo actu: ⁊ eẽnt cognita ab intellu diuino si p ipõle nõ eẽt
volẽs: ita eẽntia diuina est rõ cognoscẽdi ea in illo prio-
ri instanti nãe: q2 tũc sunt vera. nõ q̃dẽ q illa v̾a moueãt
intellm diuinũ: nec ẽt termini eoꝝ ad apprehẽdẽdũ ta-
lẽ veritatẽ: q2 tunc intell̃s diuinus vilesceret: q2 pateret̃
ab alio ab eẽntia sua: s3 sicut eẽntia diuina est rõ cogno-
scẽdi simplicia: ita ⁊ cõplexa talia: tũc aũt nõ sunt v̾a
ɔtingẽtia: q2 nihil est tunc p qd̃ hẽant veritatẽ determi-
natã. posita aũt determinatiõe volũtatis diuine iã sunt
v̾a: videlicet pro illo 2o instãti: ⁊ h̃ idẽ erit rõ intellectui
diuino (qd̃ erat in p̊) intelligẽdi ista: que sunt iã v̾a in 2o
instãti: ⁊ fuissent cognita in p̊ instãti, si fuissent in p̊ instã-
ti. ¶ Exẽplũ. sicut si in oculo meo ex p̊o9 mea visiua eẽt
vnus actus vidẽdi obm: qui semp staret: tũc si ab aliquo
p̃sentãte nũc sit iste color p̃sens: nũc ille: oculus meus vi-
debit: nũc hoc nũc illud. ⁊ tñ p eãdẽ visionẽ: tñmõ erit
dĩa in p̊oritate ⁊ posterioritate vidẽdi ꝓpter obm p̊us
⁊ posterius p̃sentatũ. Et si vn9 color fieret nãliter p̃sens
⁊ alius libere: nõ eẽt dĩa formalr in visione mea: q̃n ex
pte sua oculus videret nãlr vtrũq3: tñ cõtingẽter posset
videre vnũ: ⁊ nec̃io aliud: inquãtũ sibi vnũ sit p̃sens ɔtin-
gẽter: ⁊ aliud nec̃io: ita vtroq3 istoꝝ modoꝝ ponit̃ intel-
O lectũ diuinũ cognoscẽ existẽtias reꝝ. Patet s̃m vtrũq3 q
est determinatio intell̃s diuini ad illud existẽs: ad qd̃ deter-
minat̃ volũtas diuina. Et certitudo infallibilitatis: q2 nõ
põt volũtas determinare: q̃n intell̃s determinate appre-
hẽdat illud: qd̃ volũtas determinat. Et imutabilr: q2 tã
q. vltima. volũtas q̃ȝ intell̃s sunt imutabiles. ex di. 8. ¶ Et h̃ quã-
tũ ad tres questiones primas: ⁊ tamẽ cũ istis stat ɔtin-
gentia obiecti cogniti: q2 voluntas volẽs hoc determina
te: contingenter vult hoc ex primo articulo.

S. Bo. li. 1. dist. 38. ar. 2. q. 2. quere eũ alibi ⁊ alios.

Quantum ad 4m qõnem videt̃ fortasse distin-
guendũ de ista: deus nec̃io scit. a. s̃m
compositionẽ ⁊ diuisionẽ: vt in sensu cõpõnis notet̃ ne-
cessitas scie: vt transit sup istud obm. in sensu diuisionis
notet̃ nec̃itas scie absolute: qui tñ transit sup h̃ obm. p̊
mõ est falsa. 2o mõ vera. Tñ talis distinctio nõ videt̃ lo-
gica: q̃a q̃n actus transit sup obm, nõ videt̃ distinguẽdũ
de illo actu absolute vel vt transeũte supra obm: puta si
dicã video sortẽ: q distinguat̃ de visione: put transit in
sortẽ: vel de visione absoluta: que tñ est sortis: ⁊ sicut nõ
est ibi distinctio in ꝓpositione de in eẽ: ita nec in ꝓpõne
de mõ videt̃ distinctio: sed tñ non videt̃ nec̃ia si actus
trãsit in obm nec̃io: ⁊ ita videt̃ ista simpl̃r neganda: de9
nec̃io scit. a. p eo q h̃ p̃dicatũ sic determinatũ nõ nec̃io
ɔuenit huic subõ: l3 p̃dicatũ nõ determinatum ɔueniat.
¶ Cõtra h̃ obijcit̃: q2 act9 rõnalis nõ distrahit̃ p mãm
sup quã trãsit. ita enĩ ẽ simpl̃r dicẽ: q trãsit sup me nihil
dicẽ: sicut q trãsit sup me aliq̃d dicẽ: ⁊ iõ ita seq̃t̃. dico me
nihil dicẽ. ḡ dico. sic seq̃t̃. dico me aliq̃d dicẽ. ḡ dico. ḡ in
deo scire nõ distrahit̃ p mã3 sup quã transit: q̃n sit eq̃lis
necessitas. ¶ Ad istud dõm: q l3 nõ distrahat̃ q stet s̃m
q̃d: tñ põt nõ eẽ necessitas eius: vt significat̃ transire sup
mãm: l3 sit necessitas eius in se. ⁊ hoc maxime si sit actus
potẽs respicẽ diuersa obta: sicut si haberẽ actũ loquẽdi
eundẽ virtuti motiue: ⁊ ille actus possit trãsire sup diuer-
sa obta ɔtingẽter: l3 nec̃io haberẽ actũ sicut potẽtiã: non
tñ nec̃io haberẽ actũ: vt trãseuntẽ sup tale obm: ⁊ iõ nõ
sequeretur hinc nec̃io: dico. ergo nec̃io dico istud: immo
posset esse necessitas dictionis in se cum cõtingentia re-
spectu huius obiecti: ⁊ tamen dictio huius obiecti esset
simpl̃r dictio: ita q non dictio s̃m quid. A. l. tunc.

Ad argumenta principalia p ordinẽ. ¶ Ad
1 p̊mũ pro p̊ma. q. dico q non
est similis veritas in illis de futuro: sicut in illis de p̃sen-
P ti ⁊ de p̃terito. In p̃sentibus quidẽ ⁊ p̃teritis est veritas
determinata: ita q alterũ extremũ est positum: ⁊ vt intel-
ligit̃ positum nõ est in potestate cause vt ponatur vel nõ
ponat̃: q̃a l3 in ptãte cause: vt prior nãliter est effectu: sit
ponere effectũ vel nõ ponere: nõ tñ vt effect9 intelligit̃
iam positus inesse. talis aũt nõ est determinatio ex par-
te futuri: q2 l3 alicui intellui sit vna pars v̾a determina-
te: ⁊ etiã vna pars sit vera in se determinate: l3 eam nul-
lus intell̃s apprehẽderet: non tamẽ ita: quin in ptãte cau-
se sit pro illo instãti ponere oppositũ: ⁊ ista indetermina-
tio sufficit ad cõsiliandũ ⁊ negociãdũ. si aũt neutra pars
esset futura: nõ oporteret negociari vel ɔsiliari. ḡ q alte-
Hic perpende. ra pars sit futura, dum tñ reliqua possit euenire, nõ ꝓhi-
bet ɔsiliationẽ ⁊ negationẽ. ¶ Ad 2m dico: q sciam esse
Q vni9 ptis: ⁊ ita q nõ possit eẽ alterius, ponit iperfectio-
nẽ in ea. ¶ Silr ⁊ in volũtate ponere eã eẽ vnius: ita q
nõ possit eẽ alteri9 obti: volibilis ponit in ea impfectio-
nẽ: tñ sciam esse vnius: ita q nõ sit alterius: ⁊ voluntatẽ
similr: nullã impfectionẽ ponit sicut ⁊ potẽtia est vnius
oppositi in actu determinate: qd̃ ꝓducit ⁊ nõ alteri9. Dis-
simile tñ est de potẽtia ⁊ scia ⁊ volũtate p hoc q poten-
tia videt̃ dici esse vnius oppositi tñ: q2 tñ possit in illõ:
⁊ sciẽtia ⁊ voluntas: nõ ita q tñ sciat vel velit illud. S3
si accipiatur simili mõ ex vtraq3 parte equalis est deter-
minatio ex vtraq3 parte: q̃a quodlibet istorum est actu
vnius oppositi: nõ amboꝝ: q̃dlibet etiã istoꝝ põt esse
vtriusq3: sed potẽtiam esse alicuius: hoc videt̃ significa-
re potentialẽ habitudinem eius ad illud. Scientiã3 vel
voluntatẽ esse eius videt̃ significare actualem habitudi-
nem ad idem: nihil tamẽ mali seq̃t̃ si simili mõ acci-
piatur hic ⁊ inde: q2 tũc sicut ad scientiam scire: ⁊ ad vo-
luntatẽ velle: ita ad potẽtiã ꝓducere. nõ aũt posse pro-
ducere: ⁊ sicut ad potentiã3 posse producere: ita ad sciẽ-
tiam posse scire: ⁊ ad voluntatem posse velle.

Ad primũ ar^m .2.q. dico q̃ lz ad duas de inesse sequat̃ ↄclo de inesse nõ quidẽ syllogistice: q̃ est oõ nõ syllogistica reducibilis in syllos multos: tñ ex vna de inesse ⁊ altera de possi: nec syllogistice nec nec̃io sequit̃ ↄclusio de possi. rõ est: q̃ falli est rem' opinari alr cẽ q̃ sit pro nũc: pro q̃n credit̃ cẽ. Istud ãt icludit̃ in illis duab' pmissis de inesse: quarũ altera signat istũ credere hoc: ⁊ reliq̃ negat hoc cẽ: ⁊ hoc pro eodẽ instãti: ⁊ iõ sequit̃ ↄclusio de falli. Nõ sic ãt ex alia pte: q̃ illa de inesse affirmat vnũ oppositũ pro illo instanti. illa de possi affirmat potẽtiã ad alterũ oppo^m pro eodẽ instãti. nõ ↄiunctiz sz diuisim: ⁊ iõ nõ sequit pro aliquo instãti q̃ possit cẽ cõiunctio oppositi in re ad illud qd credit̃: ⁊ iõ nõ sequitur possitas deceptiõis: que icludit istã ↄiunctionẽ. Silis est rõ in mixtione de ↄtingẽti ⁊ de inesse: q̃re illa nõ teneat A.l. maior. nisi sit ẽt ꝉ minor de inesse simplr. Ista etiã rõ p3: q̃ si ex opposito ↄñis arguat̃ cũ illa de possi non infert oppo^m: nisi alicui' de nec̃io. ⁊ ita oportet maiorẽ esse realr eandẽ cũ illa de nec̃io ad hoc vt inferat ↄñem. nõ eñi sequit̃ deus nõ pt decipi: ⁊ .a. põt nõ fore. g̃ deus nõ scit .a. fore: sed sequit q̃ non necessario scit .a. fore: qd appet: q̃ si intellect' meus semp sequeret̃ mutationẽ in re: ita q̃ te sedente opinarer te sedẽ: ⁊ te surgẽte opinarer te surgere: nõ possez decipi: ⁊ tñ ex istis tu nõ sedes pro .a. ⁊ nõ possum decipi: nõ sequit nisi g̃ non nec̃io scio te sedere pro a.

a.l. Non sequit̃ igitur nec̃io scio te sedere pro .a.

Ita in pposito lz intellectus diuinus nõ sequat̃ res sicut effectus causam: tñ ↄcomitantia est ibi: q̃ sicut res pt nõ esse: ita intell's diuinus põt nõ scire: ⁊ iõ nunq̃ seq̃t q̃ intell's diuinus cognoscat rem alr q̃ est. Et iõ nunq̃ pñt simul stare illa que req̃runt̃ ad deceptionẽ: sz sicut res scita põt cẽ: ita deus põt eam scire: ⁊ sicut res scita põt nõ esse: ita deus potest eam nõ scire. ⁊ si nõ erit: nõ sciet.

R

¶ Ad 2um de illa põne poss's inesse: dico q̃ ex tali põne in se nunq̃ sequit̃ aliqd impossibile: tñ illa de inesse in qua ponit̃ illa de possi põt repugnare alicui: cui nõ repugnat illa de possibili posita in cẽ: q̃a añs pt repugnare alicui: cui nõ repugnat ↄñs: ⁊ tũc ex añte ⁊ suo repugnãte põt cõsequi aliqd impossibile. qd nõ sequit̃ ex ↄñte simplr ⁊ eodẽ: q̃ nõ est sibi incõpossibile. Nec mirũ est si ex incõpossibilibus sequatur

Ca.15.t.16. impossibile: q̃a ſm phm 2° prior. in syllo ex oppositis sequit̃ ↄclo impossi's. dico tũc q̃ posita ista inesse: possibile est me nõ sedere: ex ista sola nihil impossibile sequit̃: sz ex ista ⁊ ⁊ alia. s. deus scit me sessurũ: sequit̃ impossibile. s. deũ falli: ⁊ illud impossibile nõ sequit ex ipossibilitate eius qd ponitur in esse: nec ẽt ex impossibilitate aliq̃ que est absolute in ea: sz ex ipsa ⁊ quodam alio simul: qd est incõpossibile. nec hoc est inconueniẽs. q̃ illud qd est impossibile sequat̃ ex aliq̃ de in

A.l. alia. esse: in qua ponit̃ alia de possi ⁊ aliq̃ de inesse: q̃ cum ista. ego sedeo. stat ista. possibile est me stare. ista tñ de inesse: in q̃ ponit̃ illa de possibili: repugnat illi alteri de inesse: ⁊ ex illis duab' de inesse sequit̃ ipossibile. ista. s. stans est sedẽs: nec tñ sequit. g̃ illa que ponebat̃ de possibili inesse fuit falsa: sed vel illa fuit falsa: vel alia cum qua ista de inesse accipiatur, est incõpossibilis sue de inesse.

Ad primũ arg^m 3^e q̃õnis ↄcedo maiorem q̃ nõ est transitus sine mutatione: sz in minori dico: q̃ hic nullus est transitus: nec cẽ põt: q̃ transitus nõ põt esse sine successione: ita q̃ opp^m succedat opposito. talis ãt nõ põt cẽ in pposito. sicut eñi non pñt simul stare scire, ⁊ nõ scire: ita nõ pt simul stare q̃ aliq̃n sciat: ⁊ aliq̃n nõ sciat: sine quo trãsitu ab opposito in opp^m succedẽs nõ est mutatio.

S

¶ Et si tu queras saltẽ si põt non scire .b. qd scit aliqd. g̃ alr se hẽt. q̃ro qd ẽ illõ? ¶ Dico q̃ .b. in cẽ cognito: nõ tñ alr q̃ prius se habuit: sed alr q̃ nũc se h3. ita q̃ istõ, alr, cẽt nõ alicui' succedẽtis oppositi ad oppositũ: sed esset alterius oppositorũ: qd in eodem instãti posset inesse, in quo suũ opp^m inest: ⁊ hoc nõ sufficit ad mutationẽ. ¶ Ad 2^m dico: q̃ ista ↄña nõ valet: nõ sciens .a. põt scire .a. g̃ põt icipere scire .a. ⁊ hoc q̃n est po^a pcise alicui' pꝛoris nãliter ad oppo^m posterioris pro eodem instãti: pro quo ⁊ in quo h3 ꝉ posterius ↄtingẽter esse. sicut est in proposito. tenet tñ gña mãe in creaturis: vbi est possibilitas ad opposita successiue: sed lz illa non cẽt: adhuc tñ cẽt possitas ad vtrũq3 illorũ pro vno instanti. A.l. successiua.

¶ Ad 3^m põt ↄcedi quãtũ ad istud ar^m q̃ ista potẽtia ad opposita sit po^a actiua: puta q̃ intell's diuinus inquãtũ est actu per eẽntiã ⁊ per actualẽ intellectionẽ ifinita3 sit po^a actiua respectu q̃rũcunq3 obiectorũ: que pducit in cẽ itellecto. Et cũ dĩ: igit̃ ipsa nõ põt agere circa aliqd, circa qd prius nõ egit: nisi ꝑus mutet̃: dico q̃ ↄña nõ valet q̃n agens req̃rit obm circa qd agat sicut in agentib' creatis: nõ op3 q̃ agens si de nouo agat q̃ mutet̃ si de nouo appropinquet̃ sibi passium in qd agat. Ita in pposito voluntas diuina determinans fore aliqd oñsum ab intellu facit cõplõnẽ talẽ cẽ verã: ⁊ iõ intelligibilẽ: ⁊ ex hoc istud est presens itellectui in rõne obiecti: ⁊ sicut voluntas põt facere istud volitũ ⁊ nõ facere: ita posset esse verũ ⁊ nõ verũ: ⁊ ita põt cognosci ⁊ non cognosci ab isto intellu nãli: nõ quidẽ ppter aliquã ↄtingentiã que quidẽ sit ꝑus in isto agente nãli: sed ppter ↄtingentiã ex pte obti: qd ↄtingẽter est verũ pp actum voluntatis verificantis.

T

¶ Et si obijcias q̃ adhuc nõ põt cẽ sine mutatiõe saltẽ in obiecto itellecto. sicut nec illa approximatio passi naturalis ad agens nãle põt cẽ sine mutatione passi: ⁊ forte ipsius agentis approximãtis. ¶ Rñdeo q̃ obiectu3 istud non mutat̃ in isto esse: q̃ nõ potest esse successiue sub oppositis: ↄtingenter tñ est in isto cẽ: ⁊ hec contingẽtia est a parte volũtatis pducẽtis ipm in tali esse: ⁊ ista ↄtingẽtia voluntatis põt esse sine mutatione voluntatis: sicut declaratum est in primo arti. solutionis.

Ad argumẽta 4^e q̃õnis. ¶ Ad p^m nego ↄña3. ¶ Ad pmã pbationẽ dico: q̃ si non sit in deo necessitas alia q̃ imutabilitatis: hoc est: non alius modus necessitatis illorũ: quos assignat phs in 5° meta^ce nisi q̃rtus ſm q̃ est non ↄtingere alr se hre: q̃ alij modi necessitatis req̃runt impfectionẽ: sicut nec̃itas coactionis ⁊ ceteri: tñ nõ est ibi sola nec̃itas imutabilitatis, sic q̃ imutabilitas ex se sit nec̃itas: q̃ immutabilitas ex se nõ ꝑuat nisi possibilẽ successionẽ oppositi ad op^m. T.c.6.

V

Nec̃itas aũt simplr ꝑuat absolute possitatẽ hui' oppositi ⁊ nõ tñ successionẽ hui' oppositi sic hic: ⁊ iõ nõ seq̃t̃. opp^m nõ põt succedẽ opp^to. g̃ opp^m nõ põt inesse. A.l. ad hoc.

¶ Ad 2^m pbationẽ dico: q̃ lz cẽ esse extrĩsic possibile forte sit mutabile. Ponẽdo creationẽ ſm intell'm Aui. ẽt ab eterno cẽ mutationẽ: tñ in cẽ itell'o siue volito: qd est cẽ ſm qd: nõ op3 q̃ oĩs possitas q̃ repugnat nec̃itati ex se formalr: ↄcludat mutabilitatẽ: q̃ istõ cẽ, nõ ẽ cẽ reale: sz reducit̃ ad cẽ alicui' reale ſm se nec̃ij: pp cui' alteri' nec̃itatẽ nõ pt cẽ hic mutabilitas: ⁊ tñ illi' alteri' nec̃itas ex se nõ cõuenit huic formalr: ⁊ iõ istõ nõ ẽ ex se formalr nec̃iu3: q̃ nõ h3 cẽ extremi q̃ respicit realr: nec tñ est mutabile: q̃ ſm illõ cẽ diminutũ respicit extremũ imutabile: ⁊ mutatio in aliq̃ inq̃ñtũ respicit aliõ nõ pt cẽ sine mutatiõe in illo.

¶ Ad 2^m arg^m dico. q̃ aliqd pt inesse deo 2°: vel formalr vel inesse sbiue: sic logice ꝑuz qdcũq3 dĩ inesse sbto. Primo mõ ↄcedo maiorẽ: q̃ oẽ tale est de' ⁊ idẽ deo nec̃io. Secũdo mõ nõ sic appellatio relatiua põt inesse deo, ſm q̃ deus dĩ dñs ex tpe: ⁊ tñ ista appellatio nõ signat aliqd idẽ deo: ita q̃ nec̃io sit idẽ deo vel idem qd ipse deus: q̃ tunc nõ esset ex tpe. ¶ Modo dico: q̃ deus scire .b. rõ

X

ne hui⁹ qḋ est scire absolute: est scire formal'r ⁊ est in deo formal'r: sed rōne scire vt est huius termini: nō inest deo nisi 2° mō. est enī huius termini: q2 hoc sciṫū hȝ respectū ad sciam diuinā: ⁊ p̄ h̄ aliq̄ appellatio relatiua inest deo sicut p̄dicatū subto. ℂ Ad 3ᵐ dico: q̄ nulla p̄fectio simpl'r in deo dependet a creatura: nec ēt nec̄io simpl'r coexigit creaturā in quocūqȝ esse: ⁊ iō deū scire. b. pure intelligit nō tm̄ scire absolute: sed etiā pure trāsit super ipm̄. b. nō est perfectio simpl'r: sed perfectio simpl'r cum addito: qḋ necessario concomitat̄ p̄fectionem simpl'r: tunc dico q̄ maior illius argumenti est vera de p̄fectione illius scīe absolute sumpta: sic aūt minor est falsa. ⁊ p̄batio ei⁹ non p̄bat nisi q̄ ad p̄fectionem simpl'r consequitur necessario q̄ sit talis obiecti: q2 ɔ̄sequit̄ necessario q̄ hēat aliquē talem respectū ad talē p̄fectionē simpl'r: cum tm̄ nec ex tali respectu alterius ad ipsum nec ex appellatione relatiua eius sit perfectio simpl'r in eo.

Ad argumēta 5ᵉ q̄ōnis. ℂ Ad p̄ᵐ dico: q̄ añs nō est nec̄ium simpl'r: ⁊ cū p̄batur: q2 actus rōnalis nō distrahitur propter quācunqȝ māam ⁊c̄. ℂ Responsum est ad illam p̄pōnē in ar° facto ɔ̄ solonē hui⁹ q̄ōnis q̄rte. ℂ Ad 2ᵐ dico: q̄ illa mixtio nō valet nisi illa minor sit de inesse simpl'r: ⁊ hoc non tm̄ q̄ sit vera pro oī tp̄e: sed q̄ sit necessario vera: ⁊ forte opȝ q̄ significet sumptū sub per se ɔ̄tineri sub medio: sufficit ad p̄positū q̄ opȝ eam necessario esse veram: ⁊ q̄ hoc regrat̄ pȝ in ista instantia: oē q̄escens de necessitate non mouet̄. lapis in cētro terre est q̄escens. ḡ de necessitate non mouet̄. ɔ̄clusio non sequit̄: ⁊ tm̄ minor semper est vera: nō tm̄ nec̄io vera: ita est in p̄posito: lȝ illa minor de inesse sit simpl'r vera: nō tm̄ est nec̄io vera. pōt enī de⁹ nō scire. a. sicut pōt nō velle. a. p̄pter ɔ̄tingentiam q̄ p̄rimo est in voluntate ad obiecta secundaria: ⁊ ex hoc cōcomitanter in intellectu sicut prius expositum est.

M. l. super.

Y

Vide p̄ h̄ al. ⁊ Auer. p̄° hoꝝ. c. 15.

Ad argumēta pro 2ᵉ opi. ℂ Ad p̄ᵐ ɔ̄cedo q̄ immensitas est presens oī loco: sed nō oī loco actuali ⁊ potentiali. sicut arguitȝ est in p̄ª rōne ɔ̄ istam opi. ⁊ ita nec eternitas p̄pter suā infinitatē erit p̄sens alicui tēpori nisi existenti. ℂ Per hoc pȝ ad exemplū illud de baculo in fluuio: q2 enī baculus nō hȝ vnde posset eē p̄sens oībus partibus aque: iō non est īmensus respectu illaꝝ: sed nūc eternitatis hȝ quātū est ex p̄te sua q̄ p̄sens eēt oībus p̄tibus temporis si essent. ℂ Per hoc ad aliud cū dī q̄ nunc eternitatis: vt coexistit: nō eq̄tur nunc tp̄is: verū est: q2 nunc eternitatis est formal'r infinitū: ⁊ iō excedit formal'r nūc tp̄is: nō tm̄ coexistendo alteri nunc. sicut imensitas dei p̄sens huic vniuerso non coequat̄ huic vniuerso: ⁊ iō excedit formal'r: non tm̄ est alicubi nisi in hoc vniuerso. ℂ Per idē ad alterū pȝ: q2 si totū tēpus eēt simul: eternitas cōplecteret̄ illud: ⁊ ita ɔ̄cedo q̄ eternitas quantū est ex se hȝ infinitatē sufficientē ad cōplectēdū totū tp̄s: si totū sil' eēt. Sed quātūcūqȝ ponat̄ imensitas a p̄te vnius extremi: p̄pter quā ipm̄ posset coexistere cū quācūqȝ in altero extremo: cū coexistētia dicat relōnem realē inter duo extrema: ⁊ iō regrat ambo: p̄p immensitatē vnius extremi nō potest cōcludi coexistētia ad alterū nisi tm̄ ad illud qḋ coexistit de alio extremo: ⁊ iō oīa ista argᵗᵃ p̄cedunt ex insufficienti. vȝ. ex imēsitate eternitatis: ex qua non sequit̄ coexistentia: que dicit relōnē ad alterū: nisi habeat aliq̄d in altero extremo qḋ possit esse terminus coexistētie cum isto fundamēto: ⁊ tale nō pōt esse nō ens: quale est oē tēpus p̄ter p̄sens. ℂ Aliud exemplū de centro ⁊ circūferētia simpl'r est ad oppositū: q2 si imaginemur lineā rectā habentē duo puncta terminantia. a. ⁊ b. sit. a. punct⁹ immobilis: ⁊. b. circūducat̄. sic est de pede circini vno imobili alio mobili. b. circūductū causat circūferentiam s̄m imaginationē geometraꝝ: qui imaginātur punctū fluēs causare lineam. hoc posito si nihil remaneat de circūferentia per fluxū ipsius. b. sed tm̄ in circumferētia sit punctus iste: ita q̄ q̄ñcūqȝ p̄ūctus iste desinet esse alicubi. tunc nihil circūferentie erit ibi. tunc nunq̄ circūferentia esset presens sil' centro: sed tm̄ aliq̄s punctus in circūferētia. si tm̄ tota circūferentia eēt sil': tota p̄sens esset centro. Ita hic cū tēpus nō sit circūferentia stans: sed fluens: cuius circūferētie nihil est nisi instans actu. nihil ēt ei⁹ erit p̄sens eternitati: que est q̄si centrū nisi illud instans: qḋ est q̄si p̄sens: ⁊ tm̄ si per impoīe poneret̄: q̄ totū tēpus esset sil' stans: totū esset simul p̄sens eternitati vt centro. ℂ Auctoritates oēs sanctoꝝ que vidētur sonare oīa eē presentia eternitati intelligende sunt de p̄sentia in rōne cognoscibilis: ⁊ nō tm̄ cognoscibilis q̄si cognitiōe abstractiua: sicut rosa nō existens est p̄sens intellectui meo per speciem: sed de cognitione vera intuitiua: quia non aliter cognoscit deus facta q̄ȝ fienda: ⁊ ita p̄fecte sunt p̄ñal'r cognita ab intellu diuino fienda sicut facta.

Ad p̄rimū pro 3ᵃ opi. Boe. exponit se ibidem statim imediate post distinguit de necessitate p̄ñtis. ⁊ nec̄itate ɔ̄ñe. per hoc ɔ̄cedo q̄ cōtingentia relata ad diuinā sciaȝ sunt nec̄ia necessitate ɔ̄ñe. hoc est, ista ɔ̄ña est nec̄ia si deus scit illa esse futura: illa erunt: nō tm̄ sūt nec̄ia necessitate absoluta: nec nec̄itate ɔ̄sequētis. Z
ℂ Ad aliud pro 3ᵃ opi. dico q̄ ɔ̄tingentia nō est tm̄ priuatio vel defectus entitatis: sicut est deformitas in actu 2° qui est peccati: imo ɔ̄tingētia est modus positiuus entitatis. sicut necessitas est alius modus: ⁊ oē positiuum qḋ est in effectu p̄ncipalius est a cā p̄ore: ⁊ iō nō sicut deformitas est ipsius act⁹ a cā 2ᵃ ⁊ nō a cā primaria: ita est ɔ̄tingentia: ⁊ imo ɔ̄tingētia per prius est a cā p̄ª q̄ȝ 2ᵃ: propter qḋ nullū causatum esset formal'r contingens nisi a causa prima ɔ̄tingenter causaret̄: sicut ostēsum est.

Ut inquit p̄ culus in lib. de causis di. 2. ⁊. 3.

ℂ Predestinatoꝝ nullus ⁊c̄. Dist. XL.

Circa distinctionē 40ᵐ quero vnum. Utrum p̄destinatus possit dānari. ℂ Q2 nō. oē preteritū est simpl'r necessariū: q2 s̄m p̄hm̄. 6. ethi͡c. h̄ solo priuat̄ de⁹: ingenita facere q̄ facta sunt: sed p̄destinatio hui⁹ predistinati transiuit in p̄teritū: q2 deus p̄destinauit istū ab eterno. ḡ est simpl'r necessariū. ḡ nō pōt deus nō p̄destinasse: ⁊ per ɔ̄ñs non pōt iste dānari. ℂ P̄. Si p̄destinatus posset dānari, h̄ nō esset nisi per actū suum. ḡ per actū voluntatis create posset ipediri act⁹ volūtatis diuine: qḋ est ipoīe. ℂ Cūtra. Si nō, nō eēt sollicitandū alicui de obseruantia p̄ceptoꝝ ⁊ ɔ̄silioꝝ: q2 q̄litercūqȝ oparet̄ saluaret̄: si est p̄destinatus: ⁊ q̄litercūqȝ. bñ viueret, si nō est predestinatus, dānaret̄. frustra ḡ ponitur tota lex diuina.

Cap. 3.

Ad istam q̄ōnem dico: q̄ predestinatio proprie sumpta dicit actū voluntatis diuine. vȝ. ordinē electionis p̄ volūtatē diuinaȝ alicuius creature itellectualis vel rōnalis ad grāȝ ⁊ gloriā: lȝ posset accipi pro actu itell'o ɔ̄comitāte istam electionem. Sicut igit̄ in g̃nali dictū est de libertate ⁊ ɔ̄tingentia voluntatis diuine respcū quorūcūqȝ obiectorū secūdarioꝝ specialiū: ita dōm est respectu hui⁹ obīi secūdarij. s. velle huic grām ⁊ gloriam. ℂ Ex hoc dico: q̄ p̄pter illa que dicta sunt in. q. p̄cedēte q̄ deus ɔ̄tingenter p̄destinat illum quē p̄destinat: ⁊ pōt non p̄destinare non A

simul

simul ambo opposita nec successiue: sed vtrūq3 diuisim in instāti eternitatis. ¶ Cōsilr dico ad.q. in se q istē q est pdestinatus pōt dānari. nō eniz pp eius predestinationē est volūtas eius ↄfirmata: ꝛ ita pōt peccare: ꝛ ita pari rōne in peccato stare finalr: ꝛ ita iuste dānari: sed sicut pōt dānari: ita pōt nō predestinari. ¶ Quātū aūt ad logicas
B ꝓpositio ꝓposita distinguēda est, s3 cōpōnē ꝛ diuisionē ꝛ in sensu cōpositionis per se extremū est hō vel psona predestinata sub ista determinatione predestinatū: ꝛ iste sensus falsus est. In sensu aūt diuisionis sunt due cathegorice: ꝛ enūciat̄ de psona aliqua beatificabili i vna cathegorica eē pdestinatū: ꝛ in alia posse dānari: ꝛ ista duo sūt vera de eodē subiecto: nec ita vera q sil' pūt esse opposita: nec ēt q vnū possit succedere alteri: q2 in eternitate est vtrūq3: sed vera sil' inquātum volitio diuina ↄsideraī: vt prior nālr trāsitu ipsius sup illō obiectū: qō est gloria isti. in illo pori nāliter nō repugnat sibi esse oppositi obiecti: imo posset equalr esse oppositi: l3 nō simul ambo7.

Ad primū argumentū dico: q arg^m pcedit ex falsa imagiatione: cuius imaginatiōis intellect^9 iuuat ad intelligēdū veritatē ꝓposite.q. Si eni p ipole intelligerem^9 deū adhuc nō determinasse volūtatē suā ad alterū p7: sed quasi deliberaret vtrū vellet istum pdestinare aut nō. bñ posset itell's noster capere q cōtingēter ipsū3 predestinaret: vel non pdestinaret: sicut p3 in actu volūtatis nostre: sed q2 semp recurrim^9 ad actū volūtatis diuine quasi pteritū: iō q̄si nō ↄcipimus libertatē in volūtate illa ad actū: q̄si iam sit positus absolute a voluntate. Sed ista imaginatio falsa est. illud eniz nūc eter
C nitatis: in quo est iste actus: semp p̄sens est: ꝛ ita intelligēdū est de volūtate diuina siue volitione eius: vt est huius obiecti: sicut si p ipole nunc incipet deus hūc velle in isto nūc: ꝛ ita libere pōt deus in nūc eternitatis velle: qō vult: sicut si ad nihil esset voluntas sua determinata. ¶ Tunc dico ad formā argumēti q pdestinatio huius non transit in pteritū: l3 eniz ipsa coexistit preteritis que trāsierūt: nō tñ ipsa preterijt: l3 alia pterierūt: que coexistierūt sibi. vñ sicut dictū fuit dis.9. verba diuersoꝝ tēpoꝝ dicta de deo ꝓut verissime cōpetunt sibi nō ↄsignificant pres tēporis mensurātis actū illū: sed ↄsignificāt nūc eternitatis: q̄si mēsurās illū actū incōptū coexistēs illis plurib^9 ptib^9 tēporis. Et iō idē est deū pdestinare ꝛ pdestinasse ꝛ pde
D stinaturū esse: ꝛ ita ↄtingēs vnū3 sicut aliud: q2 nihil est nisi nūc eternitatis mēsurās illū actū qō nec est p̄sens: nec pteritū nec futurū: sed coexistēs oībus istis. ¶ Ad 2^m dico: q volūtas creata nō pōt ipedire ordinationē voluntatis diuine. nā ipedire eēt si staret ꝓpositū volūtatis diuine: ꝛ oppo^m eueniret p volūtatē creatā. hoc aūt est ipole: q2 sicut volūtas creata pōt mereri damnationē: ita ēt potest cōcomitanter seq q volūtas diuina nō pordinauerit ip3 ad gloriā. vñ dcm̄ est dis. pcedēte in solone pmi argumēti ad scdā3.q. q deus nō pōt falli: q2 nō pōt stare itellectio eius respectu actus cum opposito illius: ita nō potest impediri voluntas eius: quia non potest stare ordinatio sui cum opposito eius qō ordinauit.

¶ Si aūt querimus meritum obdurationis ꝛ misericordie ꝛc. **Distinctio. XLI.**

Circa distinctionē 4.1^am de causalitate passiua pdestinati. q̄ro vnū. Utrū sit aliqō meritū pdestinationis vel reprobationis. Q2 sic: q2 si sola volūtate absq3 aliqua alia rōne hunc predestinaret: ꝛ illū reprobaret. igit̄ nō videret̄ esse summe bonus: q2 nō sūme liberalis nec cōicatiuus. posset eniz bonū suū eque cōicare illi quē nō predestinauit ex quo sine oī rōne in alio illū pdestinat ex sua liberalitate sola: ꝛ ita posset istū pdestinare. ¶ P̄. Si duo equales in nālibus apprehendant̄ ab intellectu suo ꝛ solo actu volūtatis sue sine alia rōne ex pte coꝝ istū reprobat: ꝛ illum predestinat. igit̄ vi acceptator psonaꝝ: q2 equales q̄tū ex pte sua ꝛ ad finē equalr ordinabiles non equalr amat ad istū finē. hoc vi acceptare psonā preferēdo eā alteri ad illū finē: ad quē nō est magis ex se p̄ferenda: sed ↄńs est ipole: ꝛ cōtra Petrū act.10. In veritate cōperi: q2 nō est psonaꝝ acceptator deus. ¶ Cōtra. Ro.9. Cū eniz nondum nati fuissent aut aliqd boni egissent: aut mali vt s̄m electionē ꝓpositū dei maneret non ex opib^9: sed ex volūtate: quere ibi. ¶ P̄. Ibidē exēplificat de figulo qui de eadē massa pōt formare vnū vas in honorē ꝛ aliud in cōtumeliā3: ex quo videtur arguere a simili de predestinatione huius: ꝛ reprobatione alterius.

Circa istam qōnē sensit Augu. aliqñ q ꝛ si bona opera in prescia dei nō sint rō pdestinandi: fides tñ in prescia dei est rō pdestinandi: sicut p eū3 p3 sup eplām illā ad Ro. vbi vult q pp fide3 quam p̄sciuit in Jacob: qua sibi esset crediturus: ꝛ infidelitatem in Esau. hūc preelegit ꝛ illū nō. ꝛ habet̄ in līa. ¶ S3 illō retractat ipse p̄mo retractationū. 22. innuens cōtra se rōnē: q2 fides est donū3 dei sicut ꝛ alia bona opa: ꝛ qō ꝓbat̄ p Aplm p^a ad Cori. vbi dicit illud nō dixisse3: si fidē inter dona spūsancti cōnumerare sciuissem.

Magister videt̄ sentire q oīno nullū sit meritum predestinationis vel reprobatiōis: ꝛ vi innixi auctoritati Apl'i predicte. ꝛ dicto Aug. de pdestinatione scōꝝ: nō inquit, q2 nos futuros esse tales sciuit nos elegit: sed vt essemus tales p illā electione3. Et magr̄ adducit auctoritatē Aug. 3 se.83.q.q.68. dicētis. Cuius vult inquit miseret̄: ꝛ quē3 vult indurat: sed hec voluntas dei iniusta esse nō pōt. venit eniz de occultissimis meritis: q2 ꝛ si ipsi petōres pp gnāle petm̄ vnā massa3 fecerit: nō tñ inter eos nulla est diuersitas: pcedit eni aliqd in peccatoribus: quo q̄uis nōdū sint iustificati: digni tñ efficiuntur iustificatione: ꝛ iteꝝ precedit in alijs peccatorib^9: quo digni sunt obstinatione. ¶ Rñdet magr̄. q istā auctoritatē vi retractasse in sili. retractādo illō qō dicit sup eplā3 ad Ro. ꝛ hoc ↄfirmat p hoc q q̄dā q̄ subdiderat in eadē qōne retractat: sic appet p̄ retractationū.2°: ꝛ illa vīr ↄsonare cū ista snia. ex quo vi ēt q illā sniam retractauerit.

Sed contra risionem magistri de retractatione auctoritatis ad Ro. obijcit qdā3 doctor p hoc q Aug. librū illū sup eplam ad Ro. edidit qñ fuit presbyter. illū aūt.83. qōnū nō compilauit anq̄3 esset epūs: nō igit̄ vi q retractādo aliq̄ de p̄mo libro retractet aliqua de 2°. q2 retractādo dictū p̄us: qñ min^9 sciebat: nō est retractare dictū posterius: qñ magis sciebat. ¶ Sed istud arg^m nō cogit: q2 l3 p̄us scripsit vnū librū q̄3 aliū: sit tñ fecit librū retractationū: ꝛ tūc habuit illos ambos libros editos: ꝛ potuit sententiā dictā in vno libro retractare in alijs siue p̄us editus siue posterius. appet eni q oēs libros illos de qb^9 fecerat mētionē ediderat anq̄3 edidit illū librū retractationū: ꝛ tñ si in p̄mo.c. p̄mi retractationū retractasset aliquā sniam: quā dixisset in aliquo alio libro posteri^9 qdē edito ꝛ retractato: nō oporteret q iterū replicaret retractationē illi^9 snie in aliquo caplo assignato alij libro posterius edito. vñ dicit li. p̄ retractationum c.3. retractans illā snia3. deus quē sensus ignorat. addendum inquit erat: vt diceret̄ mortalis corporis sensus. Et subdit nec assidue repetendum est: q etiam superius la3 dixi: sed hoc recolendum vbicūq3 snia ista in meis libris

Marginalia: a.l. sed. — Nota si sapie ꝛ que intelligis loquere. — Hieremie p^o ꝛ malach.1. — Ro.9. — a.l. obstinatione — Henri. quol. 8.q.5. in fine — Ibi retract: ꝛ dicta in solis loquijs.

inuenit̃.ergo sñia dicta in libro prius retractato ⁊ prius edito magis retractat eandẽ sñiam: vt dictã in libris posterius editis q̃ ecõuerso. ⁋ Sed aliter posset argui cõtra expositionẽ magistri φ nõ inuenit̃ vbi Aug. illa vba retractet: qꝛ sicut ipsemet cõfitet̃: ⁊ verũ est: post illa vba que adducit sequunt̃ alia vba que retractat de illa. q. 68. primo retractationũ. c. 26. Et ista verba nõ retractat. videtur aũt φ si intelligeret ea esse retractanda: non inciperet a verbis sequentibus ista.

Tho. 1. parte sũ. q. 23. ar. 5. **Omitendo ista** aliter dĩ φ gegd deus operat̃ circa creaturas solo bñplacito sue volũtatis operat̃: vt sup hoc nõ sit aliq̃ alia rõ vel cã petenda. ⁋ Qd cõfirmat̃ per illd qd dĩ Ro. 9. de Jacob ⁊ esau: cũ nõdũ nati fuissent: aut aliquid boni egissent aut mali: vt ſm electionẽ ꝓpositum dei maneret. Glosa sicut nõ pro meritis precedẽtibus: ita nec pro futuris: qꝛ bona vel mala nõ erant futura nisi apposita gratia vel subtracta. Qd etiã Apl's declarat subdens: an nõ hꝫ potestatem figulus ex eadẽ massa ⁊c. vñ sicut sola volũtas figuli est rõ quare de hac pte masse facit vas honorabile: ⁊ de illa vas cõtumelie: nulla discrepantia existẽte in tota massa: quẽadmodũ nõ est in pma mã: quã tñ cã agens vestit in vna parte forma nobiliori: in alia ℞o minus nobili: sic sola volũtas beneplaciti dei est rõ: q̃re de eadẽ massa equaliter vitiata in pmo parẽte: istũ eligit ad gl'iaꝫ: illũ ℞o dimittit in cõdẽnationẽ. vel ẽt si non fuisset massa vitiata: ⁊ oẽs eẽnt equales: nõ nisi gratuito vnũ eligeret: alteꝝ ℞o dimitteret. vtrobiqꝫ faciẽdo grãm illi: quem eligeret: sed maiorẽ illi quẽ eligeret ex massa vitiata: ⁊ illi iustitiã: quẽ ex massa dãnata nõ eligeret: nõ aũt iniustitiã illi quẽ ſm statuꝫ innocẽtie existẽ nõ eligeret. ⁋ Ulterius dicit ista positio: φ cõuenit assignare rõnẽ eius extrinsecã: q̃re deꝰ de tota massa pdita voluit quosdaꝫ hoĩes misericorditer liberare: ⁊ quosdã nõ: nullã aũt quare potꝰ hũc vel illũ. Ratio pmi ponitur: vt sciꝫ bonitas eius vna ⁊ simplex existens in se manifestet̃ multiplr in rebꝰ diuersis sil: co φ in nulla vna re tota bonitas manifestari põt: qꝛ diuinã
11. metaphy. ad finem. ꝑfectionẽ nõ attingit vlla: vt quẽadmodũ ad ꝑfectioneꝫ vniuersi requirunt̃ diuersi gradus rerũ in nãlibus: ⁊ ẽt in mãlibus ex eadẽ mã equalr se hñte ad oẽs. sic ẽt pp eandem bonitatẽ ⁊ ꝑfectionẽ manifestandã requirunt̃ diuersi gradus in moralibus: qꝛ in hoc bonitas sua manifestat̃: q̃ ad aliquẽ gradũ supnãlẽ. reprobos enim iuste puniendo manifestat̃ bonitas iustitie illius: sicut in glorificatis manifestat̃ bonitas misericordie eius. sic enim deus ꝑmittit iuste mala fieri: ne bona ĩpediant̃: sed vt eueniãt: ⁊ hoc tñ in moralibus, vt in ꝓposito: q̃ in nãlibus, vt in ceco nato Joã. 9. in quo chr̃s solã rõnẽ ostẽdit esse. vt gl'ia dei manifestaret̃ in illo: sꝫ hoc nõ est ex defectu vĩsus in ceco: sꝫ ex eius illuminatione miraculosa a deo facta. ⁋ Et vĩ hanc rõnẽ assignare Apl's. Ro. 9. dicens. Uolens deꝰ ostẽdere irãm iustitie ⁊c. Cui cõcordat exẽplũ de figulo de eodẽ luto faciẽte vas vnũ in honorẽ: aliud in cõtumeliaꝫ: de quo 2ª Thimo. 2. dicit Apl's. In magna aũt domo nõ solum vasa aurea ⁊ argentea: sed ẽt fictilia. ⁋ Uñ dĩ φ sicut in nãlibus cuꝫ prima mã tota sit vniformis: q̃re vna ps est sub forma ignis alia est sub forma terre: alia sub forma hoĩs ⁊c. hñ põt assignari rõ intrinseca. s. ꝑfectio vniuersi: ⁊ extrinseca. s. manifestatio potẽtie ⁊ sapiẽtie ⁊ bonitatis dei. Sꝫ quare hec pars mãe est sub hac forma: ⁊ hec sub illa: ⁊ nõ ecõuerso, nulla rõ põt assignari nisi sola volũtas artificis sic determinantis: sicut in oĩbꝰ opĩbꝰ humanis vt hic lapis figuret̃ sic, vt situet̃ in altari: alter ita vt in
Tex. cõ. 59. cloaca, ſm φ phõ. 2. phyˢ. dicit aliquos lapides esse bene fortunatos: ⁊ aliquos nõ: hoc a mera electiõe artificis dependet. sic dicunt in ꝓposito in pticulari nulla est rõ: q̃re hunc preelegit ⁊ illũ nõ. ⁋ Qd cõfirmat̃ per Aug. super illud Joã. Nemo venit ad me nisi pr̃ meus ⁊c. vbi dicit 6. c. quare hunc trahat: ⁊ illũ nõ trahat, noli velle diiudicare: si non vis errare: ⁊ dicunt φ ex hoc φ deus sic inequalia ex equalibus facit: nõ est iniquitas: qꝛ in his que fiunt ex grã sine debito, põt absqꝫ omni iniquitate deus dare put vult. Juxta illud Matth. 20. Tolle quod tuum est ⁊ vade. an nõ licet mihi quod volo facere. tunc aũt esset iniquitas: si esset datum ex debito.

Contra istaꝫ positionẽ arguit gdã pmo. ꝫ illã rõnẽ: Henri. quol. 5. q. 5. ⁊ quol. 8. q. 5. que assignat̃ in cõi. naꝫ nullus defectus culpe siue pene est de ꝑfectione per se vniuersi. igit̃ nec ꝑ se regrit̃ ad manifestationẽ diuine bonitatis. ⁋ Et per hoc pꝫ φ nõ est sĩle de differẽtijs reꝝ in esse nãli ⁊ morali: qꝛ oẽs species rerũ distincte in esse nãli sunt ꝑ se de ꝑfectione vniuersi: nõ sic aũt de differentijs in esse morali inter bonũ ⁊ malũ vel inter beatũ ⁊ miserũ. ⁋ Item arguit φ si esset necessariũ ad manifestationeꝫ diuine iustitie damnatio aliquoꝝ: ad hoc videret̃ sufficere damnatio demonũ. nõ eniꝫ vident̃ homines ⁊ demones in culpa ⁊ pena differre specie in esse morali: pluralitas aũt indiuiduorum nõ est de ꝑfectione vniuersi. ⁋ Aut si dicas φ alio mõ manifestat̃ diuina iustitia in illis ⁊ in istis iuste puniendis. ⁋ Cõtra. ita manifestaret̃ diuina misericordia pluribus modis: si deus glorificasset aliquos hoĩes innocẽtes: sicut glorificauit angelos innocẽtes: vel aliquos angelos: vel hoĩes sine oĩ merito in seipsis vel in alio: qd nõ fecit: cũ magis tñ videret̃ de ꝑfectione diuine bonitatis pluribus modis manifestari misericordiã dei q̃ dei iustitiaꝫ. ⁋ ꝓ. Arguit iste φ nõ vĩ φ ex intentione deus fieri peccata ꝑmittat: vt ea postmodũ puniat: qꝛ nõ vĩ φ ꝑ intentionẽ cuiuscũq̃ plus sint ꝑmittẽda mala fieri q̃ faciẽda: qꝛ nullũ malũ culpe vel pene põt esse ꝑ se intentũ inquãtuꝫ 2. meta. t. c. 8. ⁊ ethi. ⁊ poli. ꝑmis. malũ. ⁋ Et si dicat̃ φ voluntas in ꝑmittendo nullo mõ fert̃ sup malũ: sed solũmõ sup ꝑmissionẽ vt intẽdat malũ ꝑmittere esse vel fieri: nõ rõne totiꝰ sꝫ pãis. Arguit iste φ saltẽ nõ est manifestũ qualr ex intẽtione deꝰ velit vnũ ⁊ nõ alteꝝ. Uñ nõ vĩ φ deus ex intẽtione malũ ꝑmittat: sꝫ solũ vt bonũ eueniat. hoc pꝫ in ceco nato: quẽ deꝰ ꝑmisit nasci cecũ. nõ vt glorificet̃ in cecitate eius: sed in miraculosa illuminatiõe. hoc ẽt pꝫ in nãlibꝰ. Deus eniꝫ nõ intendit defectũ: sed si cãe scdẽ sint ĩpotẽtes ꝑmittit effectũ esse talẽ: qualẽ cãe pñt ꝓducere. In hoĩbꝰ ẽt videmꝰ: φ q ꝑmittit aliquẽ peccare: si posset euꝫ ꝓhibere vel ĩpedire, peccat. hoc igit̃ nõ est ponẽdũ in deo. ⁋ ꝓ. Cõtra 2ᵐ mẽbrũ. s. φ nulla sit rõ in speciali: q̃re illũ eligit ⁊ illum non. arguit φ illud exẽplũ nõ est sĩle. in mã enim vt nuda est nõ põt esse diã ꝓpter quã sic sit disposita ad talẽ ⁊ taleꝫ formã: sicut nec in massa respectu diuersoꝝ vasoꝝ: sed in hoĩbꝰ vĩ posse inueniri alia dispositio in vno ⁊ in altero: ꝓpter quã huic ꝯgruat ꝑdestinari: ⁊ illi nõ: sicut in mã nõ vt nuda est dispositio ꝓpinqua: vt fiat sub alia forma: sicut pꝫ de vino ⁊ aceto: nõ aũt esset ꝑfectissime disposita ad illã posteriorẽ si nõ esset sub priore. ⁋ Et φ illi adducunt ꝑ se Apostolũ: dicit iste ſm glosaꝫ φ Apostolus hoc dicit: non ꝓpter inopiã reddende rõnis: sed vt reprimat temeritatẽ icapaciũ: nec est sĩle in exemplo Apostoli de massa ⁊ figulo nisi ex pte finis. non aũt ex pte subiecti: qꝛ hic in electione põt esse differẽtia in subiecto: ibi aũt nõ: ⁊ quo ad hoc est congruentius exemplũ Apostoli qd ponit secunda ad Thimo. 2ᵒ. de vasis argenteis ⁊ aureis: qꝛ ibi est differentia in subiecto ſm quam vasa fictilia fiunt in maiorem contumeliã: lignea in minorem: aurea in honorem maiorem: ⁊ argentea in honorem minorem.

Iste igit̃

Henri.quol. 4.q.19.

Iste igitur improbans istā positionē dicit aliter:
⁊ hoc sic. ¶ Actus diuinus pōt consi-
derari dupl'r: vel vt est a deo agēte. vel vt recipit' in ali-
qđ passiuū: siue vt terminat' ad aliqđ obiectū. p'mo mō nul-
la est rō actionis diuine: neq3 vt finis: nisi vt bonitas sua
manifestet': neq3 vt efficiens: nisi voluntas sua. 2° mō tñ
est assignare aliquā rōnē per quā. s. illud ens circa qđ est
actio: vt ens ad finē cōgruit fini: ⁊ ꝙ aliqua talis rō sit ex
parte entis ad finē ostendit tripl'r. p'mo q2 in rebus oīno
equalibus electio noiari nō pōt. igit' si deus istū eligit ali
qua est dr̃ia electi a nō electo. 2° q2 in oībus opibus mise
ricordie diuine vr̃ cōcurrere iustitia. ergo aliqua est con-
gruentia ex pte illius circa qđ operat' misericorditer. Et
3° q2 cōsimil'r vr̃ nō esse vel esse meritū electionis vel re
probationis: ⁊ ita lz malitia ex parte reprobati non sit cā
damnandi a pte dei: q2 tūc deus esset passiuus: ⁊ tēporale
esset cā eterni: tñ bene ꝯcedit' ex pte dānandi malitia esse
rō motiua: ppter quā recipiatur in ipso aliqua actio ⁊ sic
circa ipsuz. ergo a simili vr̃ ex alia pte ꝙ absq3 impfectio
ne dei in agendo possit poni aliqua rō ex pte predestina-
ti. Et iste innitit' in ista ꝯclone auctoritati Aug. preallega-
te. 83. q̄onū. que nō vr̃ retractata: ⁊ hic pōt introduci ex-
positio magistri supius posita. ¶ Ulterius in speciali di-
cit que sit ista rō: q2 bon⁹ vsus liberi arbitrij preuisus ex
parte electi, ⁊ malus vsus liberi arbitrij preuisus ex pte
reprobati. hoc declarat sic. Licet gratia pn̄cipaliter ope-
ret' in actibus bonis: tñ liberū arbitriū cooperat': qđ pro-
78. bat per Aug. sup illđ psalmi. Adiuua nos deus salutaris
noster. vbi dicit Augu. cū ait. adiuua nos: nec igratus est
gr̃e nec tollit liberū arbitriū. qui eniz adiuuat' etiā p seips
aliqđ operat': qñ igit' offert' gratia viatori: si recipiat gra-
tiaz oblatā: ⁊ et fm vsuz liberi arbitrij bñ cooperet', me-
ret' hr̃e grāz fm gradū vlteriorē: sicut exēplificat in mul-
tis gradibus intermedijs a statu peccati mortalis vsq3
ad statum glorie: quos non opz mō enumerare oēs: ⁊ ita
videt' ꝙ totus bonus vsus liberi arbitrij pro oībus stati-
bus preuisus possit esse rō electionis eterne ipsius bene
vsuri: ⁊ ita ex alia pte de malo vsu ⁊ reprobatiōe. ¶ Et si
obijciat' ꝯtra istud ꝙ bonus vsus liberi arbitrij est per
grām. ḡ pertinet ad effectū predestinationis: ⁊ ita non est
rō eligendi. Rñdet ꝙ bonus vsus quodāmō nō includit'
sub predestinatione: nec sub eius effectu: lz nō sit sine ei⁹
effectu: nec sit distinctū qđ est predestinationis ab eo qđ
est liberi arbitrij. Sic igit' fm ipsuz ⁊ in cōmuni circa to-
tū genus humanū pōt assignari bon⁹ vsus ⁊ malus vsus:
⁊ de quocūq3 hoie pōt assignari rō ex parte ipsius: nō pp
